Digitized by Google

Digitized by Google

NAZIONALE
BIBLIOTECA
6
29
N
27
CENTRALE V.E. II
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LINGUARUM ORIENTALIUM
TURCICÆ, ARABICÆ, PERSICÆ
INSTITUTIONES
SEU
GRAMMATICA TURCICA,

IN QUA

Orthographia, etymologia, ſyntaxis, proſodia, & reliqua eò ſpectantia exactè tractantur, exempliſque perſpicuis illuſtrantur

&

CUJUS SINGULIS CAPITIBUS

PRÆCEPTA

LINGUARUM ARABICÆ ET PERSICÆ

Subjiciuntur

Accedunt nonnullæ adnotatiunculæ in Linguam Tartaricam, ſive Tataricam, ex qua originem trahere videtur Turcica, & præterea Harmonica Conjugatio Verbi Turcico-Arabico-Perſici, Latinè, Germanicè, Italicè, Gallicè, & Polonicè explicati, ac demum ad calcem operis unum & alterum Carmen, ac Narratio quædam tam Perſico, quam Turcico ſeorſim idiomate à celebribus Authoribus conſcripta ad etymologiam exercitationis ergo revocata adjiciuntur

Omnia ad captum methodumque Noſtratium concinnata

Operâ, typis, & ſumptibus

FRANCISCI à MESGNIEN MENINSKI

SS. Sep. Equitis Hieroſolymitani, Sac. Cæſ. Majeſt. Conſiliarii, ac linguarum Orientalium Interpretis primarii.

Cum gratia & Privilegio Sacræ Cæſareæ Majeſtatis.

VIENNÆ AUSTRIÆ, M. DC. LXXX.

CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

D. RAYMUNDO,

DUCI DE AMALFI, PRINCIPI

MONTECUCCOLI,

DOMINO IN HOHENEGG, OSTERBURG

ET GLEIS, AUREI VELLERIS EQUITI, SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆQUE MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO, CAMERARIO, CONSILII AULICO BELLICI PRÆSIDI, LOCUMTENENTI GENERALI, CAMPI-MARESCHALLO, ARMAMENTARII DOMESTICI ET PROVINCIARUM PRÆFECTO GENERALI, COLONELLO EQUESTRI, JAURINI EJUSQUE CONFINIORUM GUBERNATORI, &c.

SI Tibi, CELSISSIME PRINCEPS, hoc quidquid eſt opuſculi, eo tantùm animo dicarem, quo ſolent permulti illis, quorum à nutu ac patrocinio pendent, reverentiam & obſequia ſua præſtare, facerem id quidem, quod & ratio & uſus poſtulant; quandoquidem non mea minùs inclinatio, quàm Auguſtale præceptum Tuis me juſſibus atque imperio, militarem ſcilicet hominem (ita enim cenſemur, quotquot cum vicinis Turcis intercedentia Reipublicæ negotia interpretando adminiſtramus) rerum bellicarum Directori ſummo ſubeſſe voluerunt. Attamen plures ſunt quæ me impellunt cauſæ, ut in ſubmiſſionis atque devotionis integerrimæ notam Celſitudini Tuæ hîc loci pro pilo ſtylum inclinem. Etenim miratur quidem in Te Aula ad amuſſim omnis prudentiæ exactiſſimum Miniſtrum; celebrat orbis feliciſſimum juxta & fortiſſimum Ducem. Sed quaſi parum eſſet, & togâ & ſago utramque Imperii publicæque prudentiæ partem implere, ac velut ambobus brachiis omnigenam Reip. curam amplecti, ſtringis inſuper teneriori pectore bonas quaſcunque diſciplinas, ſcientiiſque & ſtudiis pacatioribus, inter ſecretiores ſanctioreſque receſſûs Tuos, partem haudquaquam pœnitendam aſſignas, nec erga illa magis, quàm eorundem cultores afficeris. Quos inter cùm & ego ex officii ratione, zelo quodam in Remp. literariam ductus, pro illa parte quæ linguas Orientales complectitur, nomen profiteri conatus ſim: æquiſſimum cenſui, Tibi, cujus ſub præſidio hanc Spartam ornare ſuſcepi, eandem præſenti hoc teſtimonio acceptam ferre, unàque cum fama Tuarum laudum immortali præcone clamare: *Eſſe hoc ſeculo belli Ducem, qui ad invidiam priſcorum & ipſe* EX UTROQUE *magnum ſe dicere jure poſſit, oſtendatque exemplo ſuo, quàm ſit neceſſarium in publicum, quàm inter media diſcrimina ſalutare, literas armis atque negotiis junxiſſe.* Huc accedit quòd nuper admodum ad pedes Auguſtiſſimi Monarchæ noſtri Lexicon Orientalium Linguarum à me his proximis annis elaboratum depoſuerim; cui cùm ſuccenturiatus ſit præſens hîc labor, nemini juſtiùs quàm Celſitudini Tuæ dedicandum putavi, ſummi quippe Principis Primario Miniſtro, Orientalium Linguarum Primarium Organum, ſine quo qui-

dem Lexicon (ſi parva licet componere magnis) aliud dici non poſſit, quàm quod Princeps ſine Miniſtro. Quòd ſi præterea meminiſſe lubet, auguſti illius diei, quem ad D. Gothardi Fanum, in memoria poſterorum ſempiternum atque immortalem feciſti & quantum debeat Chriſtianus Orbis Maximi Cæſaris armis atque auſpiciis, Tuo ductu ab immaniſſimi hoſtis furore liberatus: quis neget, non ad univerſos modò, ſed & ſingulos pertinere, ea de cauſa gratias Tibi etiam publicè profiteri? Fregiſti illâ operâ Tuâ rabiem ultima omnia minantem; eripuiſti ex unguibus rugientium COR ET CLYPEUM Romani Imperii; peperiſti victoriam unam omnium, quas vidit hoc ævum, auſpicatiſſimam, quam Tibi ſuperſtitem nulla unquam ætas, nulla tempora delebunt. Quâ cùm inter cætera effectum ſit, ut ne in communi excidio vel nulla vel inutilis eſſet Interpretum quoque opera: decuit hâc etiam manu grates Tibi referre, quam Tuo iſthoc beneficio liberam adhuc, neq; in publicum otioſam aut ſuperfluam duco, illo præſertim ſcriptionis genere, quod multifariam uſui eſſe poſſit eundem in hoſtem, quem Tu à jugulo Chriſtianitatis repuliſti. His igitur nominibus, ſi fas eſt trium Cæſarum jubilarium triumphalemque Ducem, lectum inter intimos, conſummatiſſimum probatiſſimumque Miniſtrum, paucis dicam, civili militarique & omnigenâ diſciplinâ Triſmegiſtum Heroëm tam humili eoque planè ad Autoris genium conformato munere interpellari; ut clementer accipias ſinceri atque devoti pectoris & obſequii hoc ſpecimen, vel ideo, CELSISSIME PRINCEPS, in animum induces Tuum, quia, ſi non niſi Grammatica eſt, quam offero, inter artes tamen quas vocant liberales, prima eſt, atque ſi non artificioſis dialecticæ rhetoricæve ſtrophis ſuperbit, ſimplices ſaltem plani ſermonis regulas oſtendit. Ad hunc rectæ ſimplicitatis typum ego, ad eundem animus meus ita comparati ſumus, ut ſi nihil habeat præſens hoc tam tenue ſymbolum quo commendetur, candor tamen & omnimoda ſubmiſſio perennis adverſum Celſitudinem Tuam venerationis & devotionis ſponſor & obſes diſplicere non poſſit. Precor itaque animitùs, CELSISSIME PRINCEPS, hanc dexteram, hunc ſcribentis ſtylum in arrham perpetui mancipatûs accipere ne dedigneris, qui tot buccinis laudum Tuarum præconia enunciare paratus ſum, quot Cæſareum ad Orientales Interpretem pollere linguis decet. DEUM interea veneror, ut Auguſtiſſimo Cæſari atq; Imperio Celſitudinem Tuam inter inſtrumenta atq; præſidia ſeculi noſtri conſervet, domumq; Tuam, & in ea Principem Filium, jam nunc paterna in decora glorioſè ſurgentem, tum natorum natos & qui ab his deſcendent, æternùm duraturâ felicitate circumfundat.

CELSITUDINIS TUÆ

Obſequentiſſimus cliens & ſervus

Franciſcus à Meſgnien Meninski.

Rium ſimul Linguarum Inſtitutiones Grammaticas tibi exhibeo, amice Lector. non eo fine, ut, ſi omnino rudis ad earum ſtudium acceſſeris, uno omnes tractu addiſcere aggrediaris. Id tibi potiùs omnino diſſuadeo, ac in exemplum ſtatuo methodum, quâ unum & alteram ad ſervitia Sacræ Cæſareæ Majeſtatis habilitandum haſce ipſas linguas docui, doceremque, ſi opus eſſet. Hæc ergo eſt: Primùm accedenti tyroni præſcriberem, ut ſtatim videat quomodo tractus literarum ducantur, Alphabetum, quod habes Cap. 1. pag. 1. juberemque illud memoriæ mandari juxta pronuntiationem, quam illi ab initio inculcandam duco. Subſequenti die ad paginam ſecundam accedere ſinerem, & quomodo inter ſe connectantur literæ in eadem voce, quid ſingulæ valeant & quomodo combinentur, ſeriò, ſed breviter, explicarem, uſu nempe ſenſim addiſcendum; Ea autem exprimuntur tam in hac, quàm pag. 6. cum ſeqq. Notaſque vocales ac orthographicas pag. 9. ſub finem expreſſas exponerem, & in memoria imprimi vellem, ac ſtatim ſyllabis componendis ſtudioſum aſſuefacerem, propoſitis aliquot vocibus ſuas habentibus adſcriptas vocales notas. Ne tamen primâ fronte deterreretur à modo ſyllabizandi Turcico, proponerem v. g. vocem سَوْمَكْ vel سَوَرُم. Tam quærerem ab eo qualis eſſet litera prima primæ vocis, diceret eſſe س ſin: quid valet? dicerem; reſponderet, valet S. Juberem ergo ſcribi S: tum, illud س quid ſupra ſe habet? interrogarem: reſponderet ´ üſtün: quid valet? ´ üſtün? valet e; ergo adſcribe e, & ſic haberet SE. Quid ſequitur? و waw: quid valet w: adſcribatur ergo W & erit SEW. Illud و waw quid ſupra ſe habet? diceret, ° ǧezm: quid ſibi vult? quietem ſeu carentiam vocalis: ergo ſic maneat. Progrediendum juberem, & diceret ſequi م mim; quid valet? m: ergo adſcribatur ut ſit SEWM. Li م mim quid ſupra ſe habet? diceret ´ üſtün æquivalens noſtro e; ergo addatur, & erit SEWME. Sequitur ك kef, quid valet? k: adjiciatur, & erit SEWMEK; nec aliud addendum propter ° ǧezm, quo ipſam ك k afficitur.

Subinde tamen vellem aſſueſceret modo ſyllabizandi Turcico, diceretque in illis vocibus سَوْمَكْ *&* سَوَرُم *ſewerüm: Sin waw ile üſtün, ſew, mim keſile üſtün mek, ſewmek: Sic in altera, ſin üſtün ſe, waw üſtün we, ſewe, re mim ile ütrü rüm ſewerum. Ideoque ſtatim illum exercere inciperem in libro Turcico notis vocalibus diſtincto, ac paucis poſt diebus librum illi darem notis illis carentem, & vel uno illi verſu prælecto, noſtris id literis deſcribi curarem, ut ſe ſubinde ſolus exercere poſſet.*

Tertio itaque ſtatim die eum conſolaturus atque animaturus oſtenderem illi facilitatem declinandi Nomina Turcica, propoſito illi duplici typo aut paradigmate v. g. ار *er,* vir, *ut eſt pag. 26. expreſſum, &* بابا *baba,* pater *pag. 28. ſimulque alia inſtar horum declinanda ſubjicerem, etiam cum ſuis Adjectivis, ut* كوزل ار *güzel er,* pulcher vir, كوزل ارك *güzel erün,* pulchri viri, *&c. expoſito illi & exemplis dilucidato, declinatione & genere Adjectiva quodammodo carere in Turcicis, Et jam abhinc aliquot ſingulis diebus vocabula memoriter addiſcenda præſcriberem, quæ etiam declinari juberem, &c.*

Subſequentibus uno & altero diebus paradigma utriuſque Verborum æquè facilis Conjugationis exponerem ſic

1. سَوْمَكْ *ſewmek,* amare. 2. بَقْمَقْ *bakmak,* aſpicere.

Indic. Præſ. & Futurum.

Sing.

Pag. 22. سَوَرُم *ſewerüm,* amo.	*Pag.* 122. بَقَرُم *bakarün,* aſpicio.
سورسن *ſewerſin,* amas.	بقرسن *bakarſyn,* aſpicis.
سور *ſewer,* amat.	بقر *bakar,* aſpicit.

Pl.

سورز *ſeweriz,* amamus.	بقرز *bakaryz,* aſpicimus.
سورسز *ſewerſiz,* amatis.	بقرسز *bakarſyz,* aſpicitis
سورلر *ſewerler,* amant.	بقرلر *bakarler,* aſpiciunt.

Imperfect.

سوردم *ſewerdüm*, amabam. — بقردم ***bakardum***, aſpiciebam.

سوردك *ſewerdün*, amabas, &c.

Perfect.

سودم *ſewdüm*, amavi, &c. — بقدم ***baktüm***, aſpexi, &c.

Perf. alterum.

سومشم *ſewmiſym*, amavi, &c. — بقمشم ***bakmyſym***, aſpexi, &c.

Pluſq.

سومش ايدم *ſewmyš idum*, amaveram. — بقمش ايدم ***bakmyš idüm***, aſpexeram, &c.

Imperativ.

سو *ſew*, ama. — بق ***bak***, aſpice.

سوسون *ſewsün*, amet, &c. — بقسون ***baksün***, aſpiciat, &c.

Nec ulteriùs procedere juberem, donec ritè memoriæ mandaret hæc tempora cum formatione eorum, ad quam facilitandam Indicativum totum & Imperativum Verbi Subſtantivi ſimulq; auxiliaris pag. 62. & ſeq. diducti juberem pariter memoriæ mandari, & ad eum exercendum darem Latinum quotidie argumentum in Turcicum idioma vertendum, in quo ſubinde corrigendo ſuggererem occurrentes regulas quas ei in Grammatica oſtenderem & explicarem; prælectâque Declinatione Pronominum pag. 49. expreſsâ, conſtructionem Genitivi cum altero Subſtantivo, de quo nonnihil pag. 57 & fuſius pag. 153. explicarem & edocerem, ſimul & uſum ac expreſſionem Pronominum poſſeſſivorum Partis 3. cap. 3. expoſitorum.

Præcipuas ſubinde præpoſitiones ex Cap. 2. Part. 5. decerperem, & cum quibus conſtruantur caſibus indicarem. Tunc demum Verborum reliquos modos ſimul & Negativa Verba addiſcere juberem, eumque in illis maximè exercerem, ac tandem Grammaticam ipſam ſcil. purè Turcicam, prætermiſſis adjectionibus, à capite ad calcem illi, quotidie nempe unum aut alterum caput, prælegerem ac ritè intelligendum propinarem.

Jam tunc, exacto nempe uno aut altero menſe, ex Grammatica Arabica aliquid prælegendum ſuaderem, in quo maximè Thomæ Erpenii Conſilium ejuſdem Grammaticæ Arabicæ præfixum ut ſequeretur autor eſſem. Cùmque verborum Arabicorum Nominumque inflexiones ac alia accidentia, ſive ex dicti Erpenii aliûſve Authoris, ſive ex hujus mea diſperſis Capitibus utcunq; addidicerit, tunc non pigeat illum relegere totam meam, ut ſcripta eſt, Grammaticam, & alacriter ex illa notabilem in omnibus tribus linguis profectum faciat, quod opto, Relictâ cuique nec improbatâ ſuâ methodo. Vale, & opus cum bono DEO aggredere.

ERRATA CORRIGENDA.

Pag. 22. lin. 15. corrige من الملك *min-l-meliki*, *p. 37. lin. 4.* corr. *ſic* حبلى *hublâ*, gravida, prægnans mulier. حبلىٔ *hubl-âjün*, ad gravidam pertinens. *p. 51. lin. 33.* corr. Syntaxi. *p. 58. lin. 39.* corr. *à quatuordeci. p. 93. lin. 28.* Lege *naſſârâni. p. 95. lin. 6.* corr. *in utramque, p. 123. lin. 28.* corr. *leguntur. p. 135. l. 16.* corr. اسكله التنده. *p. 159. l. 11.* Lege عاجز *âjiz*, *p. 161. l. 10.* ſcribe اولسه: item *l. 37.* corr. mial. *p. 178. l. 16.* Lege بكر *bekr. p. 187. l. 43.* ſcribendum erat حيّ و توانا *hajjü tüwânâ. p. 196. Textûs Perfecti lin. 4.* corr. يافت *jâft*, & *lin. 15.* عذارش. *p. 197. l. 28.* corr. برمنزلده *p. 198. l. 4. ante finem, notans* ˜ *teſer ad* منّت *minnet. p. 206. l. 27.* سرو سرولريله. Legi etiam optimè poteſt *ſerü sürüleri ile*, i. e. capitibus comibuſque ſuis.

Digitized by Google

INDEX
PARTIUM ET CAPITUM GRAMMATICES.

PARS PRIMA.
DE ORTHOGRAPHIA.

CAP. 1. De literis. pag. 1.
2. De valore characterum noſtrorum quibus utor ad exprimendam pronuntiationem literarum &c. Turcico-Arabico-Perſicarum. p. 3.
3. De ſono & recta pronuntiatione literarum. p. 6.
4. De Arabicis diviſionibus literarum. p. 8.
5. De vocalibus literarum aliiſque notis, & de combinatione ac lectione ſyllabarum. p. 9.
6. De ſcribendi varietate ſeu de variis ſcripturæ Turcicæ generibus. p. 17.
7. De Permutatione literarum inter ſe & de quantitate ſyllabarum. p. 19.

PARS SECUNDA.
DE NOMINE EJUSQUE ACCIDENTIBUS.

CAP. 1. De Articulo Arabico. pag. 21.
2. De Genere & motione Nominum. p. 22.
3. De Numero & Caſu. p. 23.
4. De Declinatione Nominum. p. 26.
5. De Comparatione Nominum Turcicorum. p. 32.
6. De Specie Nominum. p. 33.
7. De Figura Nominum. p. 40.
8. De Numeralibus. p. 42.

PARS TERTIA.
DE PRONOMINE.

CAP. 1. De Pronominibus perſonalibus & demonſtrativis. pag. 49.
2. De Pronominibus Relativis. p. 52.
De Pronominibus Poſſeſſivis. p. 55.

PARS QUARTA
DE VERBO.

CAP. 1 De Genere, Specie & Figura Verborum. *pag. 59.*
2. De Modis, Temporibus, Perſonis, Numeris & Conjug. verborum in genere. *p. 65.*
3. De Conjug. verbi Subſtantivi Olmak, & Olmamak, eſſe & non eſſe aut fieri. *p. 67.*
4. De prima Conjugatione & formatione Temporum. *p. 72.*
5. De Conjugationibus verborum Arabicorum. *p. 89.*
6. De Conjugatione verborum Perſicorum. *p. 105.*
7. Secunda Turcicorum Verborum Conjugatio variis linguis explicata. *p. 111.*

PARS QUINVA
DE RELIQUIS PARTIBUS ORATIONIS.

CAP. 1. De Adverbio. *pag 124.*
2. De Præpoſitione. *p. 132.*
3. De Conjunctione. *p. 138.*
4. De Interjectione. *p. 143.*

PARS SEXTA.
DE SYNTAXI.

CAP. 1. De modo alloquendi aliquem. *pag. 145.*
2. De ordine conſtructionis. *p. 146.*
3. De concordantia Nominis cum Nomine. *p. 149.*
4. De conſtructione Comparativi & Superlativi aliorumque Adjectivorum caſum aliquem regentium. *p. 157.*
5. De Syntaxi Verborum. *p. 159.*
6. De reliquis conſtructionum modis. *p. 173.*

PARS SEPTIMA.
DE PROSODIA ET ARTE METRICA.

p. 177.
Hiſtoria Turcica & Perſica exercitii causâ. *p. 196. & ſeqq.*

Digitized by Google

GRAMMATICÆ TURCICÆ
PARS PRIMA
DE
ORTHOGRAPHIA.

CAPUT PRIMUM
De literis.

SCIENDUM in primis Turcas Perſaſque ex quo Mahometiſmus invaluit ab Arabibus, ut religionem, ita etiam literas ſumpſiſſe, eoſdemque nexûs ac ductûs characterum uſurpare, adeoque (quod pleriſque Orientalibus commune eſt) à dextra ad ſiniſtram verſus legere, ita ut neceſſariò initium librorum ſit ubi noſtrorum finis eſſet. Sciendum ſecundò, Turcas non tantùm ad ſupplendos defectûs ſuæ origine aliàs & uſu barbaræ linguæ, ſed etiam ad elegantiam ſermonis, qui modò cultiſſimus dici poteſt, uti paſſim tam in loquendo, quàm præcipuè in ſcribendo vocibus, phraſibus ſententiiſque linguæ Arabicæ origine, uſu, majeſtate, & verborum copiâ nobiliſſimæ ac antiquiſſimæ, ſimul & Perſicæ nulli fortè alii ſuavitate ac elegantiâ ſecundæ, ita ut qui has duas ignorârit, Turcicam ritè callere nunquam dici poſſit, ideòque ſingulis capitibus hujus Grammaticæ Turcicæ ſubjungi obſervationes ac præceptiones utriuſq; linguæ Arabicæ & Perſicæ. Notandum poſtremò, cùm præcipuus hujus Operis ſcopus & objectum ſit Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Domini mei Clementiſſimi, cum Turcico quippe Imperio tam ampla longè latèque diducta confinia habentis, ſervitium promovere, adeoque modum interpretandi ea, quæ à Turcis ad hanc Cæſaream Aulam perſcribuntur, & cum Legatis Nuntiiſve Turcicis inde huc advenientibus de rebus publicis & privatis agendi facilitare; ideo hic primariò & principaliter tractari Grammaticam Turcicam, & eam præcipuè aſſignari literarum aliàs dictis tribus linguis communium pronunciationem, quâ moderni Turcæ, præſertim Conſtantinopolitani ſeu Aulici, utuntur in efferendis literis legendiſque libris Arabico-Perſico-Turcicis.

Proponunt igitur Turcæ pueris aliiſque ſuæ linguæ ſtudioſis addiſcendum hujuſmodi Alphabetum.

28 27 26 25 24 23 22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ع غ ف ق ك ل م ن و ه لا ي

je lamelif he wau nun mim lam kef kaf fe ghain ain zy ty zad ſad ſin ſin ze re zal dal chy ha gim ſe te be elif

Sic demptâ لا *lam elif*, quæ non eſt propriè litera ſimplex, ſed ſunt duæ, nimirum ل *lam*, & ا *elif*, quæ dum conjunguntur, paulò aliter pinguntur quàm in propria forma ſeparatæ, numerantur viginti octo Literæ, omneſque cenſentur conſonantes; ad exprimendas enim vocales habent tantummodo certas notas, de quibus infra.

Cùm autem Turcæ habeant ſuum peculiare ڭ, quod vocant صاغر نون *ſaghyr nun*, & præterea quatuor alias literas mutuentur à Perſis, quas tribus punctis ſuperadditis ab aliis ſui ſimilibus diſtinguunt, nimirum پ *pe*, چ *čim* ژ *je*, & ګ *gef*, quæ aliàs كاف عجمي *kāf i āgemi* appellatur, tale poſſumus conficere Alphabetum, quale ſequens exhibet pagina.

	Poteſtas	*Nomen*			*Figura* In fine dictionis, annexa præced.	In fine dictionis, non annexa præced.	Extra finem dictionis, annexa præcedenti.	Extra finem dictionis, non annexa præcedenti.	*Ordo*
א	*A e i ü*, Ex gutture, ſeu Spiritus lenis Græcorum.	الف	*elif*, alif *a*.	Elif	ـا	ا	ـا	ا	1
ב	*B* Italicum.	با	*bā*. ſeu	Be	ـب	ب	ـبـ	بـ	2
פ	*P.*	باي عجمي	*bāi ăgemi*	Pe	ـپ	پ	ـپـ	پـ	3
ת	*T.*	تا	*tā*	Te	ـت	ت	ـتـ	تـ	4
ת̇	*S* Ital. Polon.	ثا	*sā*	Se	ـث	ث	ـثـ	ثـ	5
ג	*G* Ital. ante e, i. *ğ.*	جيم	*ğīm*	Gim	ـج	ج	ـجـ ـجـ	جـ	6
ג̂	*C* Ital. ante e. *č.*	جيم عجمي	*ğimi ăğemi*	Cim	ـچ	چ	ـچـ ـچـ	چـ	7
ח	*H* ex imo pectore tractum.	حا	*hā*	Ha	ـح	ح	ـحـ ـحـ	حـ	8
כ	*Ch* Polon.	خا	*chā*	Chy	ـخ	خ	ـخـ ـخـ	خـ	9
ד	*D.*	دال	*dāl*	Dal	ـد	د	ـد	د	10
ד̇	*Z* Gall. Polon.	ذال	*zāl*	Zal, zel.	ـذ	ذ	ـذ	ذ	11
ר	*R.*	را	*rā*	Re	ـر	ر	ـر	ر	12
ז	*Z* Gall. Polon.	زا	*zā*	Ze, zejn	ـز	ز	ـز	ز	13
ז̇	*I* conſonans Gall. *ĵ.*	زاي عجمي	*zāï ăgemi*	Ié Gall.	ـژ	ژ	ـژ	ژ	14
ס	*S* Ital. Polon.	سين	*sīn*	Sin	ـس	س	ـسـ	سـ	15
ש	*Ch* Gall. ſch Germ. *š.*	شين	*šīn*	Chin Gal.	ـش	ش	ـشـ	شـ	16
צ	*S* quaſi duplex.	صاد	*ſad*	Sad	ـص	ص	ـصـ	صـ	17
צ̇	*Z* quaſi duplicatum.	ضاد	*zad*	Zad	ـض	ض	ـضـ	ضـ	18
ט	*T* ex gutture q. *th.*	طا	*thā, tā*	Ty, thy	ـط	ط	ـطـ	طـ	19
ט̇	*Z* q. geminatum.	ظا	*zā*	Zy	ـظ	ظ	ـظـ	ظـ	20
ע	*A y o* gutture prolat.	عين	*ăjn*	Ajn	ـع	ع	ـعـ	عـ	21
ע̇	*Gh* Anglicum, *gh.*	عين	*ghejn*	Ghain	ـغ	غ	ـغـ	غـ	22
פ	*F* Ital.	فا	*fā*	Fe	ـف	ف	ـفـ	فـ	23
ק	*K*, ferè ck Germ.	قاف	*kāf*	Kaf	ـق	ق	ـقـ	قـ	24
כ	*K* cum i.	كاف	*kāf*	Kief	ـک ـك	ک ك	ـکـ ـكـ	کـ كـ	25
	N finale Gallicum. *n-*	صاغر نون	*ſaghyr nun*	Nun	ـڭ ـك	ڭ ك	ـڭـ	ڭـ	26
ג	*G* Polon. cum i, *g.*	كاف عجمي	*kāfi ăgemi*	Ghief	ـگ ـك	گ ك	ـگـ	گـ	27
ל	*L.*	لام	*lām*	Lam	ـل	ل	ـلـ	لـ	28
מ	*M.*	ميم	*mim*	Mim	ـم	م	ـمـ	مـ	29
נ	*N.*	نون	*nūn*	Nun	ـن	ن	ـنـ	نـ	30
ו	*W.*	واو	*wāw*	waw, wau	ـو	و	ـو	و	31
ה	*H* Gall. Germ.	ها	*hā*	He	ـه	ه	ـهـ	هـ	32
י	*J* conſonans Germ.	يا		Je	ـى	ي	ـيـ	يـ	33

Sic igitur poſſent numerari literæ Turcicæ 33. quas tamen ipſi Turcæ ſolo Arabico contenti Alphabeto ad numerum 28. reſtringunt; پ *pe* enim reducunt ad ب *be*, چ *čim* ad ج *ğim*, ژ *je* ad ز *ze*, & utrumque ݣ *sāghyr nun*, *&* *kefi āğemi*, *ſeu gef* ad ſimplex *kef*, quod nos quoque in Lexico noſtro obſervamus.

Ratione autem formæ ſunt tantùm literæ 17. aut ſi ک *kef* *&* ل *lam* ſimul ponas, 16. ا ب ح د ر س ص ط ع ف ك ل م ن و ه ى Cæteræ enim ab his diſtinguuntur punctationibus, immò in colligatione ſcripturæ & in medio dictionis eodem modo cum ب *be* ſcribuntur etiam ن *nun*, *&* ي *je*, ut in Alphabeto ſuperiori videre eſt.

Sunt quidem, ut apud Hebræos, ita apud Arabes & Turcas literæ omnes conſonantes, ſed ا و ي *elif*, *waw*, *je* habent etiam ſæpe ſonum vocalium in fine ſyllabæ, ut in پاشا *pāšā*, quod nos dicimus Baſsà, قورو *kuru*, ſiccus, ديري *diri*, vivus, *&c.* de quo fuſiùs infrà.

Cæterùm antequam valorem literarum Turcicarum aliaque in lectione conſideranda fuſiùs explicemus, quia jam poſuimus aliqua exempla ſecuturaque ſunt plurima, ad faciliorem Studioſorum intelligentiam noſtris characteribus expreſſa aut deſcripta, priùs exponendum videtur quibus literis aut characteribus utar ad exprimendas eorum literas aut pronuntiationes exoticas, ſeu quomodo pronuntiari debeant literæ noſtræ, quibus hîc utor, aliàs quiſque ſuo modo poſſet eas legere adeoque plerumque impingere.

Sit ergo digreſſivum, at neceſſarium

CAPUT SECUNDUM

De valore characterum noſtrorum, quibus utor ad exprimendam pronuntiationem literarum aut lectionem vocum Turcico-Arabico-Perſicarum.

a æ LIterâ *a* ſine nota aut accentu utor paſſim in Turcicis, ut *æ* in Arabicis & Perſicis vocibus, ad exprimendam notam vocalem ـَ ante & poſt literas duriores, quæ ſunt ح خ ص ض ط ظ ع غ ق, ubi debet efferri clarè, ferè ut *a Italicum aut Gallicum*, *ſeu, ut à Polonicum & Hungaricum*, ſed eſt naturâ ſuâ breve ad differentiam ſequentis *ā*. Quòd ſi quando utor *æ* in vocibus Turcicis, id indicare volo, pronuntiari poſſe ut *a clarum*, prout fit communiter & à vulgo, ſæpe autem à doctioribus proferri ut *e noſtrum*, ut in declinationibus explicabitur.

ā Hâc literâ ſic notatâ *ā* utor ad exprimendum آ *elif* cum ~ *medda*, ſeu poſitum abſque vocali propria poſt conſonantem ـَ *üſtün*, *ſeu feth*, *aut ut noſtratibus Phatâ* affectam; eſtque hoc *ā* naturâ ſuâ longum, & quidem notabiliter debet protrahi. Pronuntiatur autem idem *ā* آ ab Arabibus quidem Nationalibus ferè ut *e noſtrum productum*, ſed à Turcis (extra Alcoranum) profertur ut *a Polonicum ſine accentu in dictione v.g. dam*, do, & ut *a Germanicum*, *ſeu Auſtriacum in dictione v.g.* Vatter/ Pater, & æquivalet ferè diphthongo Gallicæ *au* in dictione *haut*, altus; eſt enim ſemper longum.

b Litera *b* exprimit Turcicam ب *be*, & proferenda eſt ut in Gallicis, Italicis & Polonicis, non verò ut in Germanicis, ubi confunditur ſæpe cum *p*, aut cum *w*.

c č Literam *c* prout pronuntiatur ante *a o u*, *ſeu* pro *k* nuſquam adhibeo, ſed loco illius pono ubiq; *k*. Verùm *č cum accentu* utor ad exprimendum چ *čim*, quod æquivalet *c Italico*, *ſeu Romano* ante *e*, & *i*, in dictione v.g. *Cecità*, *Cæcitas*, quod Germanus ferè ſcriberet tſch; Et quidem hactenus ſemper ſic ſcripſeram ad intelligentiam nonnullorum Germanorum, quibus rudimenta hujus linguæ tradideram, ſed ad parcendum typo ſatiùs ſic per *č* *Italicum* exprimendum duxi. Quòd ſi invenias *čia*, *čiu*, unâ ſyllaba profer, ſicut in Italicis, *ſeu* ut Germanicum tſcha / tſchu / atque eodem modo ſi ſine *i*, *ča*, lege tſcha.

ch Literis *ch* utor ad exprimendam Turcicam خ *chy*, debet autem efferri paulò fortiùs quàm apud Polonos, non autem cum tali ſibilo aut raſione, quâ *ſuum* ch efferunt Germani, ſed liberiùs ſpiritum illum fortem ex imo pectore tractum emittendo citra compreſſionem oris.

Digitized by Google

d *d*, eſt pro د *dal*, efferturque ut in Gallicis, Italicis & Polonicis.

e Litera *e* exprimit notam vocalem َ ante & poſt literas, quas voco leniores, nimirum ب ت ث ج چ د ذ ر ز ژ س ش ف ك ل م ن و ه ي. Proferatur autem *e* ſemper clarè, ut in prima ſyllaba vocum *Ital.* *eſſere*, & *Gall.* eſtre, *eſſe*; niſi cum loco ي *ī* ponitur in Turcicis, v. g. in ديمك *dimek*, quod ſæpe & liberè ſcribitur etiam دمك *demek*, tunc illud *e* legitur ferè ut Gallicum *é* quaſi eſſet ſcriptum دمك *demek*.

f Litera *f* ponitur pro ف *fe*, & pronuntiatur ut *ph*, *ſeu* ut *f* Gallicum, Italicum, Polonicum.

g,gh *g* ſolum, prout pronuntiatur ab Italis, Gallis aut Polonis ante *a o u l* & *r* nuſquam adhibeo; cùm enim Turcæ illud propriè nunquam ſic legant, ſed cum *h* unitum, ut ſit *gh*, quod efferunt ſicut moderni Græci ſuum γ *gamma*, ſic ad exprimendum غ *ghajn* utor literis *gh*, ubi debet ſimul cum *g* audiri *h*, v. g. غني *ghanī*, non *ganī*.

ǧ Literam *ǧ* ſic tranſverſâ supernè notâ affectam adinveni ad exprimendam Turcicam ج *ǧim*, valetque *g* Italicum in *Generale*, Generalis, & *ginocchio*, genu, paulòque duriùs quàm dż Polonicum in dictione dżiki, ferus, quod ſcriberet Italus *gichi*. Ubi autem inveneris *ǧia*, *ǧiu*, *vel ǧio* pro جا, *vel* جو, lege illud ad modum unius ſyllabæ, ut faceret Italus *gia*, *giu*, *gio*, & Polonus dżia / dżiu / dżio.

g' Literam *g'* cum ſuperaddito parvulo *i* pariter adinveni ad exprimendam Perſicam گ *g'ef*, proferaturque ut *g* durum cum admixto ſeu quaſi adjuncto *i*, ut ſi ſequatur alia vocalis faciat unicam cum ea ſyllabam, ut in monoſyllabo كف *g'ef* videre eſt, Gallus ſcriberet *guief*, *vel guef*, Italus *ghief*, Polonus gief, Hungarus verò ferè ſcriberet *gyef*, aliàs Germanis prolatu accidit difficile, uti alia etiam multa.

h Literâ *h* utor ad exprimendas literas ح *ha*, & ه *he*, quantumvis inter ſe pronuntiatione differant, ut infrà explicabitur.

i Literam *i* adhibeo ad exprimendam notam vocalem ِ *eſre*, ſeu *keſr* aut *keſre*, ante & poſt literas illas leniores, de quibus ſuprà; pronuntiatur autem ut apud Germanos, Polonos, Italos, ſive ſit conſonans, ſive vocalis, ſed preſſé, ut illud in voce *finis* legunt Itali, Galli, &c. ad differentiam τῦ *y*, quod longè aliter pronuntiandum dicam. At *ī*, ſeu *i* longum ponitur ad exprimendum ي *je* abſque alia vocali annexum conſonanti præcedenti in Arabicis & Perſicis, ut in دين *din* ₀. religio, & ديد *did* ₚ. vidit, ubi ſyllaba producitur, & *ī* notabiliter protrahitur.

j *j* eſt ad deſignandam ي *je* conſonantem, licet *i* etiam ſæpe idem denotet.

j̈ Tale *j̈* tribus punctis notatum adhibeo ad exprimendum Perſicum ژ *je*, ſeu *zāi āǧemī*, proferturque ut *j* conſonans, aut ut *g* ante *e*, & *i* apud Gallos, v. g. in dictionibus *Jay*, *habeo*, *General*, *Generalis*, & ut ż Polonicum in dictione, v. g. iaż, *vel iażwcá*, *Rubellio*, *erythrinus*.

k Litera *k* ſine addito eſt pro ق *kaf* legendumque ut *k*, ſeu kh Germanicum, & k Polonicum, admixtâ aliquâ aſpiratione gutturali.

k' *k'* cum parvulo *i* ſuperſcripto eſt pro ك *kef*, proferturque ſimul cum *i* eo modo, quo diximus efferendum *g'*, *hoc eſt*, illud *i* debet ſimul cum *k* pronuntiari & cum ſequente alia vocali unam ſyllabam efficere, ut كف *k'ef* monoſyllabum, ſcriberet Gallus *quief*, vel *quef*, Italus *chief*, Polonus kief, ut كبك *k'epek*, furfures, *ſemola*.

l, *ł* *l* eſt pro ل *lam* proferturque ut in Germanicis, Italicis, Gallicis. Quòd ſi ſit inciſum aut cancellatum, reſpondet ł cancellato Polonico paulò leniùs pronuntiato.

m Litera *m* eſt pro م *mim*, pronuntiaturque ut in Italicis, Germanicis, &c.

n Litera *n* eſt pro ن *nun*, & pronuntiatur ut Noſtratibus.

n- Si autem addatur lineola ſic *n-* adhibetur pro ڭ *ſaghyr nun*, & profertur ut Græcum ν, ſeu γ ante γ, ξ, χ, & ante κ *kappa*, quod κ tunc induit ſonum γ *gamma*, ut in πέφαγκα, quaſi πέφαγγα *pephanga*, vocaturque hoc γ à Nigidio γ, aut ν adulterinum, unde ſi vis, vocemus hoc noſtrum *n-* pariter *n* adulterinum, quale videtur eſſe etiam in Latinis *anguis*, *anguſtia*, *increpat*, *ingenuus*, ubi *n* haud integrè pronuntiatur, cùm lingua palatum non feriat. Taliter in Gallicis effertur *n* finale in dictionibus, v. g. *mon*, meus, *latin*, latinus, *mien*, meus, *&c.* In Venetorum, Bononienſium aliorumque Dialectis, pari modo *n* finale profertur non integrè; Polonus quoque habet quid ſimile, v. g. in mą, meam, quod Gallus ſcriberet *mon*. Facilè autem tale *n* exprimes, ſi volens

n pro-

n pronuntiare linguam à preſſione palati retrahas, v. g. صکره *ſon-ra*, poſt, Gallus deberet diſtinguere in duo vocabula ſic *ſon ra*, Polonus autem ſcriberet ſaré, quod ignari pronuntiant vulgariter *ſongra*, quaſi adeſſet *g.* præſertim autem hoc accidit & unicè ante *r*, ſeu ر *re*, ut hic, & in تکری *tan-ri*, Deus, quod ferè efferunt *tangri.*

o Litera *o* utor ad exprimendum و *ütürü*, *ſeu Arabicè* ضمّ *zamm* aut ضمّة *zammæ*, *Noſtris Dhamma* ante literas plerumque illas duriores in litera *a* & *æ* ſpecificatas, & hoc peculiariter in Turcicis, proferturque ut *o* preſſum Gallicum & Italicum in dictione *contra*, contre, *contra*, aut ut Polonicum ó cum accentu in dictione wſchód, Ortus, *hoc eſt* ſono accedente potiùs ad *u*, non autem claro, ut Germanis profertur accedente ad *a*, ſic in ſupradicta voce صکره *ſon-ra*, poſt, صورمق *ſormak*, Sciſcitari, *&c.*

ö Hæc litera *ö* eſt pro و *waw* otioſa poſt conſonantem in Turcicis, ſonatque ut diphthongus Gallica *eu* in *peu*, parum, ſeu ut profertur tale *ö* à Germanis ſuperioribus in voce König, Rex, & ab Hungaris in voce öröm / gaudium, Gallus ſcriberet *eureum.*

p *p* eſt pro پ *pe*, efferturque ut in Italicis, Gallicis, Polonicis, nec unquam confundatur cum *b*, quod frequens eſt Germanis.

r *r* eſt pro ر *re*, ſonumque habet ut apud Germanos, Italos.

s Litera *s* utor ad exprimendas literas ث *ſe*, س *ſin*, & ص *ſad*, pronuntiaturque ut *s* Italicum ac Polonicum, & ut Gallicum initiale, ut in *Il ſera*, *ſarà*, erit. Profertur tamen fortiùs & cum vehementiori ſibilo, quando eſt pro ص *ſad.*

ś *ś* Punctatum ſeu accentu notatum mutuatus ſum à Polonis ad exprimendum Turcicum ش *śin*, quod Galli ſcriberent per *ch*, ut in *cheual*, Equus, Itali ferè per *ſc*, ut in dictione *ſcemare*, minuere, Germani rectè per ſch, ut in Schade / damnum; Etſi Poloni ſuum *ś* paulò leniùs efferunt, id feci ad parcendum multitudini literarum.

t Literâ *t* utor ad exprimendas Turcicas ت *te* & ط *ty*, licet hæc multò fortiùs pronuntietur & cum aſpiratione, quaſi eſſet *th*, vel inſtar duorum *tt* fortiter dentes ſuperiores feriendo. Cave tamen, ne pronunties *t* (ut interdum fit in Germanicis) uti *d*, licet in Turcicis unum in alterum ſæpe tranſmutetur, ut infrà dicetur.

u *u* ſemper pono pro vocali, nam pro conſonante adhibeo *w*; Utor ego *u* ad exprimendam vocalem و ante & poſt duras illas literas ſuperiùs ſpecificatas, cùm tamen ſæpe etiam per *o* exprimatur, ſitque non rarò *ö* & *ü* pro و vocali in Turcicis. Proferatur autem *u*, ut à Germanis, Italis, Polonis, & ut *ou* à Gallis, aut à Græcis *ȣ*.

ū Quòd ſi longum ſit *ū* ſic notatum, eſt pro و *waw* poſito abſque vocali poſt conſonantem vocali ُ affectam in Arabicis & Perſicis, ut دود *dūd* a. Vermis, p. Fumus, ubi notabiliter protrahitur.

ü Litera *ü* cum duobus ſupernè punctis adibetur ad exprimendam vocalem ُ ante & poſt conſonantes leniores ſuprà ſpecificatas, proferrique debet, ut *u* Gallicum, ſeu ut tale ü Populis ſuperioris Germaniæ pleriſque profertur, Italis aliàs, Poloniſque prolatu difficile.

w Literâ *w* utor pro و *waw* conſonante, pronuntiaturque ut apud Polonos & Germanos, non tamen fortiter collidendo labia, ut Germani faciunt, illud pronuntiantes ferè inſtar noſtri *b*; Immò in vocibus præcipuè Arabicis effertur ſono magis ad *u* vocalem accedente, ut in dictione monoſyllaba خوف *chawf*, legitur ferè *chauf* unâ ſyllabâ; Et ſic quidem ſemper ab Arabibus pronuntiatur, (habent, ni fallor, quid ſimile Angli) adeoque nuſquam ut *f* proferri debet, ut fit apud Polonos, & Germanos ante alteram duram conſonantem.

y Literâ *y* utor ad exprimendam vocalem ِ antè & poſt conſonantes duras ſuprà deſignatas, eſtque medio quodam ſono efferendum inter *e*, & *i*, quod facilè fiet, ſi volens proferre *i* non applices linguam dentibus inferioribus, ſed eam potiùs retrahas, & ſine compreſſione oris proferas, & paulò quidem vehementiorem emittendo ſpiritum, quàm Poloni faciant in prolatione ſui y proximè ad hoc Turcicum accedentis.

z Literâ *z* utor ad exprimendas Turcicas ذ *zal*, ز *ze*, ض *zad*, *&* ظ *zy*, licet hæ duæ ultimæ vehementiore edantur ſono, ut in ſequenti fuſiùs capite explicabitur, *z* autem pronuntiari volo, non ut Italicum aut Germanicum, ſed ut Gallicum in dictione *zelé*, *zelo æſtuans*, & ut Polonicum in dictione zábić/ occidere.

 Tandem

ـ Tandem notam ـ ſupra literam aut inter, ſeu poſt literas poſitum adhibeo ad exprimendum Turcico-Arabicum ع *ājn* quod reſpondet Hebraico ע Quod quidem ع *ājn* eſt conſonans gutturalis, quæ, ut in ſua Grammatica Turcica explicat *Maggio* in profunda parte gutturis formatur, magnâ faucium dilatatione, atque innixâ extremitate linguæ interiùs ſubtus inferiores dentes profertur, cum quodam gutturis fragore ut ajunt, inſtar vocis vituli matrem vocantis, ſine narium adminiculo, qualem ſonum, addo ego, ederet dolore preſſus aliquis vim ſibi quandam inferens ad aliquid faciendum, quod certè vivam docentis vocem requirit. Quomodo autem hac notâ ـ utar meliùs in ſyllabario percipies.

His itaque præmiſſis, percurramus ſingulas literas Turcicas, & quid valeant explicemus.

CAPUT TERTIUM

De ſono & recta pronuntiatione literarum.

ا Elif ا aſpiratio leniſſima eadem eſt ac prima Hebræorum litera א *aleph*, eſtque conſonans gutturalis, ſeu quæ in ſummo gutture formatur, aliàs cujuſque latinorum vocalis æmulatur ſonum, & ſic valet juxta vocalem quæ illi ſuperadditur *a e i o u y ö & ü* ut infrà patebit. Cæterum ا *elif* in Perſicis nonnullis vocabulis, ut & articulare ac ſervile in Arabicis ſæpe non legitur, quod lexicon & uſus docebunt, & infrà, peculiariter in conjugationibus verborum, percipies; Immò in Perſicis quum vocalis ´ per literam ا ut etiam ُ per و, & ِ per ي producuntur, promiſcuè eædem paſſim corripiuntur abjectis literis اوي ut دهان *dehān*, & دهن *dehen*, os, oris, راه *rāh*, & ره *reh*, via, ديه *dīh*, & ده *dih*, pagus بكيرد *bigīred*, & بكرد *bigired*, capiet بيرون *bīrūn* & برون *birūn*, procul ديكر *diger*, & دكر *diger*, alius, بودن *būden*, & بدن *büden*, eſſe.

ب Be, noſtro *b* Italico Gallico & Polonico planè reſpondet, ſed tamen in fine vocabuli, & ante, ac ſæpe poſt literas ت ث ج خ س ش ص ط ق ك habet ferè ſonum τῦ *p*. ut اثبات *iſpāt*, confirmatio, probatio, اسباب *ferè eſpāp*, cauſæ, media, &c.

پ Litera Perſica پ ſonat ut *p*. noſtrum.

ت ت *te*, ut *t* noſtrum, mutatur tamen in Turcicis ſæpe in د *dal*, *d*.

ث ث *ſe* litera Arabica æquivalet quidem Græco ϑ, prout moderni Græci illud pronuntiant, quaſi *thſe*, linguâ tangendo ſuperiores dentes, ideoque *te blæſum* dicitur; ſed ſic à doctioribus ſolùm Arabibus & ab accuratis Alcorani Lectoribus pronuntiatur, à vulgo autem Arabum, ut *t*, profertur, & â Turcis modernis, ut *ſ*; per quod *ſ* etiam illud in meis ſcriptis reddo, *v. g.* بواثناده *bu eſnāde*, interea: ſcriberet Græcus εϑνάδε, *ſeu ethſnade*, vulgus Arabum legit *etnade*, nos cum Turcis *eſnāde*.

ج ج *ğim* valet *g* Italicum ante *e* & *i*, idque exprimimus per *ğ*, ad differentiam aliorum *g* & *gh*. Sic جمال *ğemāl* ſcriberet Italus *gemal*, Polonus dźiemal. In fine autem vocabuli, & ante ac poſt conſonantes, quas in ب *be* notavi, pronunciatur ferè ut ſequens چ *ćim*, ſeu ut *c* Italico Romanum ante *e* & *i*, aut ut tſch Germanicum, ac paulò fortiùs quàm ć Polonicum, quod in talibus caſibus evenit etiam in Polonica lingua, ut videre eſt in Grammatica Polonica à me pridem edita. Cæterùm Arabibus Africanis hæc litera ج *ğim* pronunciatur ut Perſicum ژ *je*, ſeu ut *i* conſonans Gallicum.

چ چ *ćim* ergo litera Perſica valet *c* Italicum ante *e* & *i*, ubi monendus es ſæpe omitti puncta hæc ſuperaddita, uti etiam in aliis literis, quod quidem Tyroni non mediocrem parit difficultatem.

ح Litera ح vehementiùs ſonat quam *h* Gallicum in voce *hardi*, *audax*, aut Polonicum h in voce hárdy/ imperioſus, aut Germanicum in voce haben/ habere; formatur enim in profunda gutturis parte, ita ut efficiat ſonum ferè duplicis *hh* ſimul pronuntiati, proximèque accedit ad gutturalem pronuntiationem plebis Florentinæ in ſuo *c ante a o u*, ut in *cauallo*, quod efferunt ferè ut *hauallo*, vel *chauallo*. Differt itaque notabiliſſimè hoc ح *ha* à penultima Alphabeti litera ه *he*, quæ cum aſpiratione quidem profertur, ſed leniori omnino ut dictum *h* Gallicum, &c.

خ خ *chy* adhuc vehementiùs ſonat formaturque paulo ſuperiùs in principio gutturis, adeoque

adeoque paulò fortiùs pronuntiatur, quàm Polonicum ɗ / ore minimè compreſſo & abſque illo ſibilo, quo Germani ſuum ɗ pronuntiant, comprimendo nonnihil os, &c.

د ذ *dal* planè æquivalet noſtro *d* nempe Italico, Gallico, Polonico; Pronuntiatur tamen ferè, ut *t*, in fine dictionis, & ante ac poſt literas in ب *be* notatas, ut كتبدي *gitty*, non *gitdy*.

ذ ذ *zal* vocatur ab Erpenio aliiſque *d* blæſum & ab Arabibus doctioribus pronuntiatur in apice linguæ, tangendo dentes ſuperiores ferè ut δ *delta* Græcum, prout à modernis Græcis pronuntiatur *quaſi dhzal ſeu dhze*, à plebe autem Arabum pronuntiatur ut *d* noſtrum; ſed à Turcis planè ut ز *ze* ſeu ut *z* Gallicum.

ر ر *re* valet *r* Italicum, Polonicum, Germanicum.

ز ز *ze ſeu zejn* valet *z* Gallicum aut Polonicum, & ferè ſlene initiale Germanicum, *v. g. in* ſolches / tale; ſed ante & poſt literas ſupradictas in *b*, ferè ſonat ut ſ, quod intelligendum de aliis ejuſdem ſoni literis ظ ض ذ, hoc tamen præcauto, quòd cùm ante ط incidunt, illud ط *ty* liquefaciunt ad modum د *dal*, ut in اضطراب *yzdyrâb*, legendum, non *iztırâb*.

ژ Litera Perſica ژ *je* valet Polonicum ż / ſeu *j* conſonantem Gallicam, *v. g.* in *iamais*, nunquam.

س س *ſin* valet ſ Polonicum, Italicum, & Gallicum initiale, & Hungaricum ß.

ش ش *ſin* valet Germanicum ſch / ut in Schade / damnum, Gallicum *ch*, ut in *cheval*, equus, Italicum *ſc*, ut in *ſcimia*, *ſimia*, & paulò fortiùs profertur quàm ś Polonicum in śila / vis, quo tamen Polonico ś utor ad exprimendum valorem ش.

ص ص *ſad* valet ſ durum & quaſi geminatum, inter dentes, & cum majori ſibilo prolatum quàm ſimplex ſ.

ض ض *zad* habet apud Arabes doctos ſonum blæſum fortiorem quàm ذ *zal*, apud vulgus eorum, immò & Turcarum in paucis vocabulis Arabicis effertur ut *d* noſtrum, ut قاضي & رمضان, quæ legunt *kâdy*, & *ramadan*, *pro kâzy & remazân*, uti à modernis Turcis pronuntiatur, nimirum ut *z* Gallicum quaſi duplicatum, ſeu cum majori claroq; ſibilo.

ط ط *ty*, Arabibus *ta*, valet *t* Polonicum durius, quaſi geminatum, ſeu cum *h*, *th*, ut ſuperiùs innui. Sæpe tamen ſonat ut د *dal*, aut pro eo ponitur in purè Turcicis, ut pro طورمق ſcribunt ſæpè دورمق & legunt utrumque *aurmak*, ſtare; Sicuti vice verſâ pro طوتمق *tutmak*, quod etiam توتمق *tutmak* ſcribi poteſt, ſcribunt دوتمق *dutmak*. Tenere.

ظ ظ *zy* Eodem planè modo pronuntiatur, ut ض *zad*.

ع ع *ajn* Quomodo pronuntietur vide *initio præcedentis paginæ*, in nota ✱.

غ غ *ghajn* Pronuntiatur ut modernorum Græcorum γ ante *a*, aut ut *g* noſtrum ante *a o u* cum cooperatione gutturis, ut fit illud *gh*, & illud *h* aſpirativum ſimul audiatur; Eſt enim غ una ex gutturalibus, & per hoc differt ejus ſonus à ſono *g* Latinorum.

ف ف *fe* Valet *f* Italicum, Gallicum & Polonicum, nunquam autem pronuntiatur ut *w*, ſicut fit Germanis.

ق ق *kaf* Ut k Polonicum, aut ck Germanicum, & paulò aſperiùs quàm *c* latinum ante *a o u*; formatur enim, ait *Maggio*, in profunda gutturis parte, admotâ aliquantulùm linguâ ſuper molares dentes interiores, versùque medium palati profertur inſtar, ut aiunt, vocis corvi.

ك ك *kef* triplex eſt apud Turcas, hoc ſimplex valet *k* cum incluſo quaſi *i*, ut expoſui ſuprà, & ut *κ kappa* Græcum ante *ε* & *ι* apud modernos Græcos.

گ گ *gef* cum tribus punctis ſuperpoſitis (quæ tamen ſæpiſſimè omittuntur) vocatur *kef âgemi*, aut ſi vis *kâſi âgemi*, & quomodo pronuntietur, ſuprà explicui, nempe ut *g* durum ſimul cum *i* prolatum. Hoc tantùm hîc addo, quòd in fine dictionis, & ante ac poſt literas in *b* deſignatas ferè pronuntiatur ut ſimplex ك *k*, aut certè, ut fit à Græcis, ferè ſicut *i*, ut in بك *beg*, & بكم *begüm*, ferè dicunt *bej*, & *bejüm*. Tu verò ab his abſtine.

ڭ Alterum ڭ *ſaghyr nun*, q. *n ſurdum* dictum, tribus ut plurimùm punctis notatum, & non rarò iis carens, profertur quaſi *ng*, ſeu ut *n* finale Gallicum in *mon*, meus, ut ſuprà explicatum eſt in *n*., *pag*. 4. hoc enim *n*. illud ڭ exprimo.

ل *lam*

Digitized by Google

ل ل *lam* valet *l* noſtrum; In multis tamen vocabulis Turcicis præcedente aut ſequente vocali *a o u* duriùs pronuntiatur, & quidem paulò leniùs quàm *ł* cancellatum Polonicum, idque fit feriendo extremitate linguæ extremitatem dentium ſuperiorum, non nihil ſpiritûs tunc emittendo, & hoc ſæpe deſigno literâ *ł*. Nota tamen hîc, quòd ل *lam* articuli Arabici ال mutatur in legendo (non in ſcribendo) in literam ſubſequentem, ſi ſit una ex his ت ث د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ن, quas Arabes vocant Solares, ut التّقسيم *ettaksim*, diſtributio, pro *el teksim*, de quo fuſiùs alibi.

م *mim* planè ut noſtrum *m*.

ن *nun* quoque ut *n*. noſtrum. In Arabicis tamen præcipuè & Perſicis ante ب *be* & alterum م *mim* habet ſonum *m* ſeu *m*, ut من بعد *mim ba°d*, pro *min ba°d*, abhinc, deinceps, ſic عنبر *âmber*, pro *ânber*, ambra, &c. Ante ل *lam*, & ر *re* profertur ut *l*, & *r*, ut من ليل *millejlin*, pro *min lejli*, à nocte, من ربّ *mirrebbin*, pro *min rebbin*, à Domino. Ante ح خ ع غ ه retinet proprium ſonum, & ante reliquas ſonat ut *n* finale Gallicum in *mon*, meus, ferè ut *ng*. *v. g.* ان شاء الله *in-šā âllāh*, ſi Deus voluerit, Deo dante, de quò fuſiùs Erpenius aliique Grammatici.

و *waw* ſeu *wau* conſonans valet *w* Polonicum, ut ſuprà explicui, aliquando tamen quieſcit poſt *ü* *ütürü* ſeu *damma*, & pronuntiatur in Arabicis ac plerumque in Perſicis ut *ū* longum, vel ut *o* pariter longum, ſi nempe ſequatur durior litera; In Turcicis autem modò pronuntiatur ut *u* ſimplex, ut قوشمق *kuſmak* vomere, modò ut *o*, ut صورمق *ſormak*, ſciſcitari, modò ut *ö*, ut بولمك *bölmek*, partiri, modò ut *ü*, ut دوكون *düğün*, nuptiæ.

ه ه *he* valet *h* Italicum, Gallicum, Polonicum & Germanicum. In Arabicis cùm eſt in fine nominum, ſolent ſuperponi duo puncta ſic ة ة ة, eſtque ut plurimùm nota fœminini generis, & tunc valet *t*, ac in revolutionibus vertitur in ت; Sed cùm iſta fœminina Arabica Turcæ adhibent in ſua locutione aut ſcriptione, ſæpe loco ة vel ة ſcribunt ت, ut pro حكاية ſcribunt حكايت *hykâjet*, Hiſtoria, narratio; nec rarò, demptis illis punctis, ſcribunt tantùm ه vel ه, ut loco ejuſdem حكاية *hykâjet* dicant *hykâje*, ubi, ut vides, otiari videtur illud ه vel ه. Quod plerumque fit in Turcicis & Perſicis, ut نه *ne*, quid, پنجره *pengere*, feneſtra, كه *ki*, qui, *vel* quòd, ut, *&c.*

لا لا *lam elif* ſunt duæ literæ ل *lam* & ا *elif*, ſimulque ſic ſcriptæ valent ut plurimum *lā*.

ي ي *je* valet *i* Italicum conſonans, quieſcit tamen poſt *eſre*, ſeu *keſre*, & pronuntiatur ut *i* longum vocale, ideoq; illud exprimo per *ī*, quod notabiliter eſt protrahendum.

CAPUT QUARTUM
De Arabicis diviſionibus literarum.

Dividuntur ab Arabibus literæ, I. *Ratione pronuntiationis* juxta præcipua ejus organa, in Gutturales, quæ ſcilicet formantur in gutture vocanturque حلقيّه *halkyje*, ſeu حلقيات *halkyjāt*. ut ſunt ا ح خ ع غ ه: In لهويّه *lehwije*, *i. e.* uvulares, quæ in ea parte formantur, quam Medici appellant uvam, & ſunt ق ك: In شجريّه *šeğrije*, *i. e.* palatinas, quæ in palato formantur, & ſunt ج ش ي: In اسليّه *esîije*, *i. e.* ſibilantes, quæ ſcilicet quodammodo ſibilare audiuntur, ut ſunt ز س ص: In نطعيّه *nat-ije*, *i. e.* balbutientes, in has enim balbutientes ſæpe incidunt, *ut* ط د ت: In لثويّه *liswije*, *i. e.* gingivales, quòd gingivæ quoque interiores in eis pronuntiandis concurrant, ut ſunt ظ ذ ث: In ذلقيّه *zelkyje*, *i. e.* flexas, quippe in quibus pronuntiandis lingua flectitur, ut ſunt ر ل ن: In شفهيّه *ſefehije*, *i.e.* labiales, quæ ſolis labiis formantur, ſuntque ب ف م و: In لينيّه *linije*, *i.e.* lenes quæ leniter proferunt ur, ut ſunt ا و ي: & in لسانيّه *lisānije*, *i. e.* linguales, ſuntque *ut apud Erpenium, & Waſmuth* ر ز س ش ص ض, quibus *Meteſcita* addit ت ث د ذ ط ظ ل ن

II. *Ratione officii*. dividuntur in Radicales & Serviles his vocibus mnemonicis comprehenſæ يتسمنوا *setesemmenū*, pinguefient, & بفلك *biſülk*, *in navi*, quarum priores partim formationi vocum, partim conſignificationi inſerviunt, poſteriores ſemper conſignificationi. Reliquæ omnes ſunt radicales, niſi quod interdum ة & ط vicariæ ſint *tu* ت ſervilis, adeòque & ipſæ tunc ſerviant. III. *Ra-*

III. *Ratione roboris*, in Debiles & Robuſtas. Debiles ſunt ا و ي, quia inter pronunciandum interdum enervantur & proprium ſonum amittunt; quod fit, quoties vocali privatæ (ſive radicales ſive ſerviles) immediatè poſitæ ſunt poſt propriam ſeu homogeneam vocalem; ubi tunc vulgò dicuntur quieſcere, & communiter hinc Quieſcentes appellantur. Robuſtæ ſunt reliquæ omnes, quibus id nunquam accidit. Homogenea autem vocalis τῷ ا *elif* eſt فتحه *fethæ* ´ *Turcis üſtün dicta*; τῷ و *waw* eſt ضمه *zamme* ' *Turcis ütürü dicta*; & τῷ ي *je* eſt كسره *keſre* ˏ *Turcis eſre dicta*.

IV. Dicuntur eædem ا و ي commutabiles, quia invicem mutuò permutantur, reliquæ omnes incommutabiles.

Porrò dividunt Arabes literas ſuas in Solares, quæ ſunt tredecim: ت ث د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ن : & in Lunares, quæ ſunt reliquæ.

Verùm hæ diviſiones pertinent ad Arabica. In Turcicis autem ſufficiat tibi diviſio, de qua in litera *a æ*, *pag.* 3. nempe in literas duriores ſeu aſperiores, quæ ſuam vocalem efferunt, ut *a y u*, vel *o*, & in leniores, quæ ut *e i ü*; &, ſi vis, altera diviſio in punctatas, & puncto carentes literas, quam quidem diſtinctionem ultimam Turcici Magiſtri خواجه *chogiæ* dicti maximè inculcant à principio ſuis diſcipulis; & ſtatim atque Alphabetum probè nôrunt, proponere ſolent addiſcendum, ſeu in memoria eorum imprimere ſtudent, quæ & quibus punctis notentur literæ, ſequentia recitari jubentes

الفده نقطه يوق *elifte nokta jok*, ب آلتنده بر نقطه *be altynda bir nokta*, ت اوستنده
ايكى نقطه *te üſtünde iki nokta*, ث اوستنده اوچ نقطه *ſe üſtünde üc nokta*, ج قرننده
بر نقطه *ğim karninda bir nokta*, حاده يوق *hada jok*, خ اوستنده بر نقطه *chy üſtünde bir*
nokta, دالده يوق *dalda jok*, ذال اوستنده بر نقطه *zal üſtünde bir nokta*, رده يوق *rede*
jok, ز اوستنده بر نقطه *ze üſtünde bir nokta*, سينده يوق *ſinde jok*, ش اوستنده اوچ نقطه
ſin üſtünde üc nokta, صاد ده يوق *ſadta jok*, ضاد اوستنده بر نقطه *zad üſtünde bir*
nokta, طي ده يوق *tyda jok*, ظي اوستنده بر نقطه *zy üſtünde bir nokta*, عين ده يوق
ajnda jok, غين اوستنده بر نقطه *ghajn üſtünde bir nokta*, فه اوستنده بر نقطه *fe üſtünde*
bir nokta, قاف اوستنده ايكى نقطه *kaf üſtünde iki nokta*, كافده يوق *kefte jok*, لامده
يوق *lamda jok*, ميمده يوق *mimde jok*, نون ايچنده بر نقطه *nun icinde bir nokta*, واوده
يوق *wawda jok*, هه ده يوق *hede jok*, لام الفده يوق *lamelifte jok*, يه آلتنده ايكي نقطه
je altynde iki nokta.

Quaſi dicas: In ا *elif* non eſt punctum, ſeu ا *elif* caret puncto, ſub ب *be* eſt unum punctum, ſupra ت *te* duo puncta, ſupra ث *ſe* tria, in ventre ج *ğim* unum, in ح *ha* nullum, ſupra خ *chy* unum, &c.

Ubi nota, quòd puncta hæc diacritica ferè omnibus literis ſuperſcribantur, præter ب ج ي, quæ punctum infra ſe habent; Et quidem pro duobus punctis, immò etiam tribus videtur ſæpe unicum ſcriptum, loco autem trium punctorum ſæpe ſcribitur ^ aut ſuprà ᶜ, præſertim in ش ش; Perſæ quoque ſcribunt ſæpe ſub س tria puncta ad diſtinctionem ش, quod eadem ſupernè habet affixa; ي *je* autem finale propter notam formam nullum plerumque habet ſubſcriptum punctum, præſertim in genere ſcripturæ نسخي *neſchy* dicto, quo in typis utimur.

CAPUT QUINTUM.

De vocalibus literarum, aliiſque notis, & de combinatione ac lectione ſyllabarum.

IMmediatè poſt Alphabetum ſubdunt Turcæ in ſuis Abecedariis lineam hujuſmodi cum his vocalibus aliiſque notis:

sukun elif · *hemzelif* · *medddelif* · *teſchdid* · *ğezm* · *iki ütrü* · *iki üſtün* · *ütrü* · *üſtün* · *üc nokta* · *iki nokta* · *bir nokta*

iki eſre · *eſre*

نقطه *nokta*, *ſeu* Arabibus نقطة *noktætün*, ſignificat *punctum* . , unde .. ايكي نقطه

 iki

iki nokta, duo puncta, ‥ اوچ نقطه *üč nokta*, tria dicuntur puncta, hiſque, ut dictum eſt, diſtinguuntur inter ſe literæ aliàs formâ ſimiles.

´ *ſupra lineam ſeu literam* dicitur Turcis اوستن *uſtün*, vocatur autem ab Arabibus فتح *feth, aut unitatem deſignando* فتحة *fethat*, ſeu فتحه *fethe*, vulgò *Phatha*, *i.e.* apertio quia os aperitur, dum pronuntiatur, nam ſonat *e* vel *a*, *ſeu*, ut in Arabicis Perſicisque ſcribo, *æ*, quaſi litera illa, cui ſuperimponitur, habeat apud nos poſt ſe vocalem *e*, vel *a* ſive *æ*, ut بَ ſonat *be*, قَ ſonat *ka*, ſeu *kæ*.

ˌ *infra literam* dicitur Turcis اسره *eſre*, Arabibus autem كسر *keſr*, ſeu كسره *keſre*, *i. e.* fractio, quia, *ut Guadagnolo placet*, videntur frangi labia in prolatione ejus, ſonatque *i*, vel *y*, ut بِ *bi*, قِ *ky*, ſeu *khy*.

ʼ *ſupra literam* dicitur Turcis اوترو *ütrü*, *ütürü vel ötürü*, Arabibus ضم *zamm*, vel ضمّه *zammæ*, noſtris vulgò *Damma*, *i. e.* collectio, quia, *ut idem Guadagn.* colliguntur & conſtringuntur in ejus prolatione labia, nam ſonat *ü*, vel *u*, vel *o*, etiam in Turcicis *ö*.

PRonomina Perſonalia ضمایر ***zamāir*** dicta, ſunt بن ***ben***, ego, سن ***ſen***, tu, اول ***ol***, ille. Quæ ſic declinantur

	Sing.	*Plur.*	*Sing.*	*Plur.*
Nom.	بن ***ben***, ego	بز ***biz***, nos	سن ***ſen***, tu	سز ***ſiz***, vos
Gen.	بنم ***benüm***, mei	بزم ***bizüm***, noſtri, no-	سنك ***ſenün-***, tui	سزك ***ſizün-***, veſtri, ve-
Dat.	بكا ***ban-a***, mihi	بزه ***bize***, nobis (ſtrum	سكا & ساكه ***ſan-a***,	سزه ***ſize***, vobis (ſtrum
Ac.	بنى ***beni***, me	بزي ***bizy***, nos	سنى ***ſeni***, te (tibi	سزي ***ſizy***, vos
Abl.	بندن ***benden***, à me	بزدن ***bizden***, à nobis.	سندن ***ſenden***, à te	سزدن ***ſizden***, à vobis.

Huic plurali additur aliquando honoris gratiâ etiam nota illa pluralis لرو ***ler***, ut بزلر ***bizler***, nos, بزلرم ***bizlerüm***, بزلره ***bizlere***: سزلر ***ſizler***, سزلرك ***ſizlerün-***, ***ſizlere***. Sed tu ab illis abſtine.

Reciprocum autem latinum *ſui*, *ſibi*, *ſe* non habent, ſed reddunt per كندو ***gendü***, vel كندي ***gendi***, ipſe, quod admittit affixa poſſeſſiva, ut paulò inferiùs videbitur.

Nom.	بو ***bu***, شو ***ṡu***, اشبو ***iṡbu***, hic, hicce	اول ***ol***, او ***o***, ille, is, iſte
Gen.	بونك ***bunün-***, شونك ***ṡunün-***, اشبونك ***iṡbunün-***, hujus	انك ***anün-*** *vul.* ***onün-***, ejus, illius
Dat.	بوكا ***bun-a***, شوكا ***ṡun-a***, اشبوكا ***iṡbun-a***, huic	اكا ***an-a***, ***on-a***, ei, illi
Ac.	بوني ***buni***, شوني ***ṡuni***, اشبوني ***iṡbuny***, hunc (hoc	اني ***ani***, ***oni***, eum, illum
Abl.	بوندن ***bundan***, شوندن ***ṡundan***, اشبوندن ***iṡbundan***, ab	اندن ***andan***, ab eo, ab illo

Plurale regulariter بونلر ***bunlar***, شونلر ***ṡunlar***, اشبونلر ***iṡbunlar***, hi انلر ***anlar***, ***onlar***, ii, illi بونلرك ***bunlarün-***, *&c.*

كندو كندي ***gendü gendi***, ipſe, كندونك كندينك ***gendünün- gendinün-***, ipſius, كندويه ***gendüje***, vel كنديه ***gendije***, ipſi, كندوي ***gendüī***, vel كندي ***gendiī***, ipſum, كندودن ***gendüden***, vel كنديدن ***gendiden***, ab ipſo. *Pl* كندولر ***gendüler***, vel كنديلر ***gendiler***, ipſi, كندولرك ***gendülerün-***, *&c.* regulariter.

Sic uſurpa[illegible]ur, quando reciprocè ponitur in eadem perſona verbi aut pronominis poſſeſſivi, ut كندوكندودن ***gendü gendüden***, ipſe, ſe ipſo, *vel* à ſe ipſo, ex ſe ipſo, per ſe ipſum, proprio Marte, *&c.* Sic كندوي اورمش ***gendüī urmiṡ***, ſe percuſſit, ſe ipſum percuſſit. كندويه ضرر اندي ***gendüje zarar itty***, ſibi damnum intulit. Aliàs recipit affixa pronomina perſonalia poſſeſſiva, ſic كندوم ***gendüm***, ego ipſe, كندوك ***gendün-***, tu ipſe, كندوسي ***gendüſi*** ille ipſe. *Pl.* كندومز ***gendümüz***, nos ipſi, & honoris gratiâ كندولرمز ***gendülerümüz***, كندوكز ***gendün-üz***, vos ipſi, كندولري ***gendüleri***, illi ipſi; quæ ſint [illegible] more nominum poſſeſſivorum, ut infrà, declinantur, ut كندومك ***gendümün-***, me[illegible] ſius, &c. Sic dicitur كندوم واردم ***gendüm wardüm***, ipſe ivi, كندوكه ضرر اتمه ***gendüe zarar itme***, tibi ipſi damnum non facias. كندوسي بوندردر ***gendüſi bu[illegible] dür***, Ipſemet hic eſt. كندومزي برباد ايتميه لم ***gendümüzy berbād itmejelüm.*** Non perdamus nos ipſos.

Non

Non ci rouiniamo noi medeſimi. كندوكتابنى صاتدي *gendü kitābini ſatty.* Vendidit ſuum ipſius librum.

¶ *Pronomina Arabes inter nomina, quæ vocant indeclinabilia, recenſent; ſunt enim illis tantummodo tres orationis partes,* الفعل *elfi'lü*, Verbum, الاسم *el iſmü*, Nomen, & الحرف *el hærfü*, Particula. *Adſcribunt ergo Nomini non ſolùm Pronomina, ſed etiam Participia, & pleraque Adverbia, immò etiam multas præpoſitiones reddunt per Nomina naſbata, ſeu in Accuſativo poſita. Nos verò methodo Noſtratum inſiſtentes, peculiarem hic de Pronomine tractatum inſtituimus, ob Turcicam præſertim Linguam, quæ noſtro modo doceri faciliùs poſſe videtur.*

Pronomina ergo Perſonalia & Demonſtrativa generibus & numeris variantur, ut Nomina, ſed casûs non agnoſcunt, niſi Dualia Demonſtrativa, quæ more nominum diptota ſunt.

Perſonalia ergo ſunt انا *ene, enā*, ego, *Comm. gen. Pl.* نحن *næhnü*, nos, *Comm. gen.* انت *ente*, tu, *Maſc.* انت *enti*, tu, *Fæm. Dual.* انتما *entümā*, vos duo, & vos duæ. *Pl.* انتم *entüm*, vos, *Maſc.* انتنّ *entünne*, vos. *Fæm.*

هو *hüwe*, ille, is, هي *hije*, illa, ea, *Dual* هما *hümā*, illi duo, illæ duæ, هم *hüm*, illi, هنّ *hünne*, illæ, eæ.

Cæteros ergo casûs ſupplent per Affixa, quæ متّصله *muttæſyle vocantur, ſuntque vel Affixa nomini, vel verbo, vel particulæ. Affixa nomini ſunt pro Genitivo, & faciunt poſſeſſivum, de quo infrà. Affixa verbo referunt caſum verbi,* ſeu *Accuſativum aut Dativum, & ſunt primæ perſonæ* ني *nī*, me & mihi, *Pl.* نا *nā*, nos & nobis. *Secundæ perſonæ* ك *ke*, te, tibi, *Maſc.* كِ *ki*, *Fæm. Dual.* كما *kümā*, vos duos, *vel* duas; duobus, duabus. *Pl.* كم *küm*, vos viros, vobis viris; كنّ *künne*, vos fœminas, vobis fœminis. *Tertiæ perſonæ* ه *hu*, eum, ei, ها *hā*, eam, ei. *Dual.* هما *hümā*, eos duos, eas duas, iis duobus & duabus. *Pl.* هم *hüm*, eos plures, iis, هنّ *hünne*, eas, eis; e. g. نصرني *næſærenī*, adjuvit me *ſive* virum, *ſive* mulierem: نصرنا *næſære nā*, juvit nos *vel* duos, *vel* duas, *vel* plures: نصرك *næſæreke*, adjuvit te virum, نصرك *næſæreki*, adjuvit te fœminam, نصركما *næſærekümā*, adjuvit vos duos, & vos duas, نصركم *næſæreküm*, adjuvit vos plures viros, نصركنّ *næſærekünne*, adjuvit vos plures fœminas. نصره *næſærehu*, adjuvit eum, نصرها *næſærehā*, adjvit eam, نصرهما *næſærehümā*, adjuvit eos duos, & eas duas, نصرهم *næſærehüm*, adjuvit eos plures, نصرهنّ *næſærehünne*, adjuvit eas plures. *In tertia perſona plurali maſculina abjicitur, ob Affixum,* ا *elif otioſum poſt* و *waw ſervile legendum ut ū, ut in* نصروا *næſærū*, adjuverunt, نصرونا *næſærūnā*, adjuverunt nos; *& ſecundæ pluralis maſculinæ terminationi* تم *tüm adjicitur* وُ, *ut* نصرتموني *næſærtümūnī*, adjuviſtis me, نصرتموهم *næſærtümūhüm*, adjuviſtis eos, نصرتموهنّ *næſærtümūhünne*, adjuviſtis eas, *&c. Quando verbum habet* ن *nun additum in fine, licebit rejicere alterum* ن *nun, & dicere*, v. g. ينصروني *jænſurūnī*, vel ينصرونني *jænſurūnenī*, adjuvabunt me. *Cùm autem verbum requirit duos caſus ſibi affixos, tunc affixum primæ perſonæ præferatur affixo ſecundæ, & ſecundæ affixo tertiæ, ut* زوّجناكها *zewwegenākehā*, copulavimus tibi eam, اعطيتكه *a'tajtükehu*, dedi tibi illud, اعطانيه *a'tanihi*, dedit mihi eum, id, اعطيتنيك *a'tajtenīke*, dediſti mihi temetipſum. *Aliàs fieri poteſt ſeparatio, & dici* اعطيته اياك *a'tajtühu ijjāke*, dedi illum tibi.

Hoc ergo اياك *ijjāke eſt perſonale ſecundæ perſonæ,* quaſi ab ايا *ijjā, cui cùm modò dicta affixa adjiciuntur, fit perſonale ſeparatum ſic* اياي *ijjāje*, me, mihi, ايانا *ijjānā*, nos, nobis, اياك *ijjāke*, te virum, tibi viro, اياكِ *ijjāki*, te, tibi fœm. اياكما *ijjākümā*, vos duos & vos duas, vobis duobus & duabus, اياكم *ijjāküm*, vos plures viros, vobis pluribus viris, اياكنّ *ijjākünne*, vos plures fœm. vobis pl. fœm. اياه *ijjāhu*, ipſum, ipſi, اياها *ijjāhā*, ipſam, ipſi, اياهما *ijjāhümā*, ipſos duos, ipſas duas, ipſis duobus & duabus, اياهم *ijjāhüm*, ipſos plures viros, ipſis pluribus viris, اياهنّ *ijjāhünne*, ipſas plures, ipſis pluribus fœm. *Aliqui addunt* ي *in fine ſecundæ perſonæ ſing. fœm. ad diſtinctionem à maſculina, dum ſcribunt ſine vocalibus.*

Quoniam verò particula انّ *inne & enne*, utique, quòd, quia, eo quòd, &c. *regit poſt ſe Accuſativum, ut alibi explicabitur, ſic Affixa ſibi conſtruit eodem modo, quo verbum, ut* انّني *ennenī* & انّي *ennī, innī*, eo quòd ego, انّنا *ennenā* & انّا *ennā*, eo quòd nos,

nos, انكا *enneke*, quòd tu vir, انكي *enneki vel* انككي *enneki*, quòd tu fœm. انكما *ennekümâ*, quòd vos duo, duæ, انككم *ennekürn*, quòd vos plures viri, انككن *ennekünne*, quòd vos plures fœm. انه *ennehu*, quòd ipſe, انها *ennehâ*, quòd ea, انهما *ennehümâ*, quòd ipſi duo, ipſæ duæ, انهم *ennehüm*, quòd ipſi plures, انهن *ennehünne*, quòd ipſæ plures. *Sic etiam cum particulis ſeu præpoſitionibus conſonante terminatis, ut* منّا *minhu*, ex, ab eo, منك *minke*, à te, منّي *minnî*, *pro* منني *minnî*, à me, منّا *minnâ*, à nobis, عنكم *ânküm*, ex vobis, &c. *Cùm autem particula ſeu litera eſt Keſrata, ut eſt* ب *bi*, in, per, &c. *Tunc* ه *legitur hi*, بهما *himâ*, بهم *him*, بهنّ *hinne*, *immò ſemper ſic leguntur cùm immediatè præcedit* ـِ *Keſra, ut* به *bihi*, in eo, بهما *bihimâ*, in eis duobus & duabus, بهم *bihim*, in eis viris, بهنّ *bihinne*, in eis fœm. *Sic* فيه *fihi*, in eo, فيهم *fihim*, in eis, &c. ل *li tamen*, propter, *&* nota dativi *cum affixis habet fetham, & ſic legitur* له *lehu*, ipſi, propter ipſum, من ربّه *mir-rebbihi*, à ſuo Domino, *ſed hoc ad Poſſeſſiva pertinet.*

Demonſtrativum propinqui eſt ذا *zâ*, hic, iſte, ذه *zihî*, ذهي *zihî*, ذي *zî*, *&* rariùs تا *tâ*, ته *tihî*, تهي *tihî*, تي *tî*, hæc, iſta. *Dual.* ذان *zâni*, hi duo, *& in obliq.* ذين *zejni*, his duobus, hos duos, تان *tâni*, hæ duæ, تين *tejni*, harum duarum, his duabus, has duas. *Pl.* اولاء *ülâi*, *&* اولى *ülâ*, hi & hæ plures. *Fitque demonſtrativum remoti addito* ك *ke*, *ſic* ذاك *zâke*, iſte, ille, تاك *tâke*, illa, *Dual.* ذانك *zânike*, illi duo, ذينك *zejnike*, illorum duorum, *&c.* تانك *tânike*, illæ duæ, تينك *tejnike*, illarum duarum, *&c. Pl.* اولئك *ülâike*, *&* اولاك *ülâke*, illi, illæ plures. *Dici etiam poteſt* ذاكم *zâküm*, *eſt enim affixum ſecundæ perſonæ, quod juxta omnes ſuas revolutiones poteſt illi affigi. Addi etiam plerumque ſolet* ل *ante illud* ك *ſecundæ perſonæ* ذالك *zâlike*, *& compendii causâ, rejectâ* ا, *ſcribitur* ذلك ille, *& pariter* ذلكم *zâliküm*, ille. *In fœminino* تلك *tilke*, illa, اولالك *ülâlike*, illi & illæ. *Porrò dicto* ذا *zâ*, hic, ipſe, *ut ſuprà declinato præfigi ſolet* ها *hâ*, *ut dicatur* هاذا *aut* هٰذا *hâzâ*, hicce, *q.* ecce hic, *nam* ها *hâ illud vocatur* حرف التنبيه *harfut-tembih*, particula excitationis. *Sic ergo inflectitur* هٰذا *hâzâ*, hic, هٰذه *hâzihi*, hæc, *Dual.* هٰذان *hâzani*, hi duo, هٰذين *hâzejni*, horum duorum, *&c.* هٰتان *hâtâni*, hæ duæ, هٰتين *hâtejni*, harum duarum, *&c.* هاؤلاء *hâulâi*, hi & hæ plures.

Animadvertendum eſt autem in Pronominibus, Pluralia vix uſurpari pro rebus non rationabilibus, ſed ſolùm dici de rationabilibus; loco autem Pluralis adhibetur Singulare fœmininum, v. g. *non dicitur* اولا الكتب *ülel kütübü*, iſti libri, *ſed* هذه الكتب *hâzihil kütübü*, iſti *vel* hi libri; *& hoc valet etiam in Nominibus, ut infrà fuſiùs in Syntaxi.*

Perſis Pronomina perſonalia ſunt من *men*, ego, مرا *merâ*, vel ازمن *ez men*, mei & à me, مرا *merâ*, & بمن *bemen*, mihi, & ad me, مرا *merâ*, me. *Pl.* ما *mâ*, & rariùs مايان *mâjân*, nos, ازما *ez mâ*, noſtri & à nobis, مارا *mârâ*, & بما *bemâ*, nobis, مارا *mârâ*, nos. تو *tü*, tu, ازتو *eztü*, tui & à te, ترا *türâ* & بتو *betü*, tibi & ad te, ترا *türâ*, te. *Pl.* شما *šümâ*, vel rariùs شمايان *šümâjân*, vos, ازشما *ez šümâ*, veſtri, veſtrûm, & à vobis, شمارا *šümârâ*, & بشما *bešümâ*, vobis, & ad vos, شمارا *šumârâ*, vos. او *o, ü*, ille, is, ازاو & ازو *ez o, ez ü*, illius, اورا *orâ*, باو *bâo*, بدو *bedü*, & بوي *bewej*, illi, ei, ad eum, اورا *orâ*, illum, eum. *Pl.* ايشان *îšân*, illi, ii, ex, ازايشان *ez îšân*, eorum, ab iis, ايشانرا *îšânrâ*, بايشان *beîšân*, iis, ad eos, ايشانرا *îšânrâ*, eos. Reſpondentque hæc tri Arabicis انا *ene*, انت *ente*, & هو *hüwe*, niſi quòd pro verbo Subſtantivo, ut apud Arabes, non uſurpentur, ſed neceſſariò verbum ipſum ſubſtantivum requirant, cum quo, ut Nomina & Participia conjugantur, ut منم *menem*, ego ſum, توئي *tüji*, tu es, اوست *oſt*, pro او است *o eſt*, ille eſt. *Pl.* مايم *mâjim*, nos ſumus, شمايد *šümâjîd*, vos eſtis, ايشانند *îšânend*, illi ſunt.

Reciproco Turcico كندو *gendü*, ipſe, reſpondet Perſicum خود *chod*, *&* خويش *chyš*, *ac* خويشتن *chyšten* (quod Arabs redderet per نفسه *nefsühu*, vel per نفسه *nefsihi*) خود *chod* ergo omnibus perſonis ſervit, ut من خود *mer chod*, ego ipſe, egomet, توخود *tü chod*, tu ipſe, tutemet, او خود *o chod*, ille ipſe, illemet. ما خود *mâ chod*, noſmet, *&c.* & ſine perſonalibus خودگفت *chod güft*, ipſemet dixit, خودگفتم *chod güftem*,

tem. ipſemet dixi. Æquivaletque ſæpe Relativo latino *ſui, ſibi, ſe*, ut باخود *bā chod*, ſecum, خودرا *chodrā*, ſibi, ſe. Sic سوي خويش *sūï chȳś*, versùs ſe, خويشتنرا آراستن *chȳśtenrā ārāſten*, ſemetipſum ornare, comere.

Demonſtrativum propinqui eſt اين *īn*, hic, ازاين & uſit. ازين *ezīn*, & زين *zīn*, hujus, ex hoc, اينرا *īnrā*, & باين *bein*, vel uſit. بدين *bedīn*, huic, ad hunc, اينرا *īnrā*, hunc. *Pl.* اينان *īnān*, vel اينها *īnhā*, hi, hæ, hæc, ازينها *ez īnhā*, horum, ab his, ايناترا *īnānrā*, his & hos. In aliquibus pro اين *īn* ponitur ام *im*, & cum nomine ſuo tunc coaleſcit, ut امروز *imrūz*, pro اينروز *īnrūz*, hodie. Sic امشب *imśeb*, hâc nocte, امسال *imsāl*, hoc anno, امحال *imhāl*, hoc ſtatu, jam.

Demonſtrativum remoti eſt آن *ān*, ille, ازآن *ez ān*, illius, ab illo, آنرا *ānrā*, & بدان *bedān*, illi, ad illum, آنرا *ānrā*, illum. *Pl.* آنان *ānān*, vel آنها *ānhā*, illi, *&c.*

Affixa etiam apud Perſas inveniuntur, & primæ quidem perſonæ م *em*, ſecundæ ت *et*, tertiæ ش *eś*, ſed ea rariùs pro caſu verbi, ſed plerumque pro poſſeſſivis, de quibus infrà. Dicit tamen *Haf.* گرت پير مغان گويد *geret pīrī mughān gūjed*. Si tibi Prælatus dicat.

CAPUT SECUNDUM

De Pronominibus relativis.

DE Relativis perſonæ dictum eſt in præcedenti capite, ubi, *pet.* affixa, verè referunt perſonas antè nominatas.

Relativum *qui, quæ, quod* redditur quidem Turcicè per كه *ki*, vel rariùs per كيم ſeu كم *kim*, ſed cùm ſit indeclinabile, ſupplentur caſus ejus per pronomen flexile relativum perſonæ اول *ol* ſeu او, planè ut Poloni faciunt cum ſuo vulgari co/ cui ad diverſificandos caſus addunt pronomen ejuſmodi, ut pro Genit. dicunt co iego / ut Turcæ كه انك *ki anun*, cujus *e. g.* اول اغا كه انك قرنداشي دوستكدر *ol agha ki anün karindāśi doſtün-dür*, ille Dominus, cujus frater amicus tuus eſt; ſic etiam vulgus Polonorum dicit Ow Pan co Brát iego twoim przyiaćielem ieſt / pro Pan ktorego Brat twoim ieſt przyiaćielem. Sic ergo conſequenter كه انكا *ki an-a*, cui, كه اني *ki ani*, quem, كه اندن *ki andan*, à quo, ſic in Plurali كه انلرك *ki anlarün*, quorum, كه انلره *ki anlara*, quibus, كه انلري *ki anlari*, quos, كه انلردن *ki anlardan*, à quibus. Ubi nota relativum hoc كه *ki*, etiam quando ſignificat *quòd* vel *ut*, legi ſemper debere immediatè & indiſſolubiliter cum præcedenti verbo vel nomine, cui poſtponitur, immò cum eo ſæpe coaleſcere, ſecus ac apud nos, qui ante relativum comma ſolemus adſcribere.

Sciendum autem eſt hoc relativum كه *ki* ſic ut modo declinatum rariùs venire in uſum, apud eloquentes Turcas, ſed meliùs reddi poſſe per participium verbi, *e.g.* poteſt quidem dici بودركه كلدي *bu dür ki geldy* hic eſt qui venit, ſed longè meliùs dices كلن بودر *gelen bu dur*, *q.* hic eſt veniens, ſeu qui venit; ſic in ſuperiore exemplo, poterat meliùs dici قرنداشي دوستك اولان اغا *karindāśi doſtün-olan agha*, Dominus cujus frater eſt tuus amicus, ſed id maximè in Accuſativo, ut اول حريفدركه اني دون اوردم *ol herif dür ki ani dün urdüm*, ille homo eſt, quem heri percuſſi, dic potiùs دون اوردوغم حريف اولدر *dün urdughum herīf oldur*. Quod fuſiùs explicabitur in verbo.

Sciendum quoque hoc idem كه *ki* affigi interdum nominibus etiam particulâ aliquâ poſtpoſitivâ affectis ad ſignificandam relationem, ſed in eo caſu plerumque ſcribitur cum كي *ki* vel *gi*, aut etiam غي *ghy*, & ſubintelligitur verbum ſubſtantivum, valetque *qui, quæ, quod eſt*, ut الدهكي قلج *elümdeki kylyğ*, framea, quæ eſt in manu mea, ſic اوستمدهكي اثواب *üſtümdeki eswāb*, veſtes quæ ſupra me ſunt, ſeu quibus induor, *li veſtimenti che porto addoſſo*, يوقردهغي *iokardaghy*, qui, quæ, quod ſuperiùs eſt, *quello che ſtà di ſopra*, ſic بنمكه *benümki*, qui meus eſt, *il mio, &c.*

Interrogativum perſonale كيم & كم *kim*, quis? eſt regulariter declinabile & admittit affixa poſſeſſiva, ut كيمكدربو *kimün-dür bü*? cujus eſt hoc? كيمه ويررسن *kime wi-*[illegible] cui dabis? كيمم وار *kimüm war*, quis mihi adeſt, ſeu quem habeo? ſed in libris [illegible] quando adhibetur pro كه *ki*, qui & quòd, vel ut. Poteſt etiam enunciativè & conditionaliter uſurpari, uti & ſequentia interrogativa.

Interro-

Interrogativum rei نه *ne*, quid, pariter declinatur, نه‌نك *nenün-*, cujus, نه‌يه *neje*, cui, نه‌ئ *nei*, quid, نه‌دن *neden*, à quo, & *Pl.* نه‌لر *neler*, quæ, &c. In ſcribendo tamen ſæpe abſorbetur illud finale ه *he*, ut ننك *nenün-*, نيه *neje*, ندن *neden*, نلر *neler*, tu autem ea integrè ſcribas. Admittit autem affixa poſſeſſiva. unde dicitur نه وار *ne wār*? quid eſt? *Gall.* qu'y a-il, ou qu'eſtce qu'il y a? نه سويلرسن *ne söjlersin*, quid loqueris, dicis? نه‌نك كبي *nenün-gibi*, cujus inſtar, ſeu cujuſmodi? نه‌يه كلدك *neje geldün-*, ad quid veniſti? نه‌دن قورقرسن *neden korkarsyn*, à quo tibi metuis, ſeu quid times? نه‌لر كچدي *neler geçty*, quænam præteriere? & cum affixis نم وار *nem war*, quid mihi eſt, quid habeo? نه‌سي وار *nesi war*, & نه‌ك الندي *nen-alundy*, quid tuum ſeu ex tuis rebus ablatum eſt? quid habet? aut in *Pl.* نه‌لري وار *neleri war*, quid habent? نه‌لريني كوردك *nelerini gördün-*, quænam illorum vidiſti? *hoc eſt*, ex eorum rebus? نه‌كز vel نكز ضايع اولدي *nen üz zā-jy oldy*. Quid veſtrum amiſſum eſt? نه‌كدن نكدن كچدك *nen-den geçtün-*, quo te ultro ſpoliaſti, quid reliquiſti? &c. Præpoſitum tamen ſubſtantivo fit quodammodo Adjectivum & ſignificat *qualis* reſpondetque Germanico was für / & Polonico coʒá / *e.g.* نه آدمدر *ne ādem dür*, qualis eſt homo, quid hominis eſt? Was für ein Menſch iſt er? Coʒá cʒłowiek / coʒacʒ? Pro quo dicunt etiam نه اصل *ne aſyl*, & vulgò dempto finali ه فاصل *nāſyl*, *q.* cujus originis, ſtatûs? &c. qualis? ſic نه شكل *ne ſchkil*, *q.* cujus formæ aut figuræ, qualis? نه جنس *ne ğins*, cujus generis, qualis? نه درلو *ne türlü*, نه‌كونه *ne güne*, نه مقوله *ne mekūle*; *Idem*, qualis? *Quale, di che ſorte, di che maniera, &c.* Dicunt præterea pari ferè ratione, نه‌قدر vel نقدر *nekadar*, نه مقدار *ne miktār*, نه دكلو *ne den-lü*, quantum, & quot? *quaſi* quæ quantitas? ur نقدر اقچه‌ك واردر *nekadar akčian-war dür*, quantum pecuniæ habes? نه مقدار آدمدر *ne miktār ādem dür*? quot ſunt homines? *Porrò* نه *ne*, præpoſitum adjectivis infert ſignificationem noſtri *quàm*, ut نه كوزل *ne güzel*, quàm pulcher, & quàm pulchrè, *& in reſponſione* valde bene, egregiè ſanè.

Interrogativum قنغي *vel* قانغي *kanghy*, qui? Welcher? ut eſt Adjectivvum, indeclinabiliter præponitur Subſtantivo, ut قنغي كتاب *kanghy kitāb*? quinam liber? Welches Buch? قنغي كتابدن الدك *kanghy kitābten aldün*, ex quo libro accepiſti? Auß welchem Buch haſtu es genommen? Relativè autem poſitum abſolutè, *ſive* in interrogatione, *ſive* extra, aſſumit affixa, ut قنغيسي *kanghyſi*, uter, *vel* qualis, quinam *eorum*? Sic قنغيمز *kanghymüz*, quinam noſtrûm? Welcher von uns? قنغيكز *kanghyn-üz*, quinam veſtrûm, aut inter vos, ex vobis? قنغيلري *kanghyleri*, *&* قنغيسي *kanghyſi*: quinam ex iis? *Il quale di loro*: Lequel d'entre eux? Hinc dicitur طويلور قنغيسي اولدوغي *dujulür kanghyſi oldughy*, percipietur, reſcietur, quinam illorum ſit *vel* fuerit.

Pro latino *cujas*? dicitur قنغي ولايتلو *kanghy wilājetlü*, *vel* قنغي ديارلو *kanghy diārlü*, *vel* نه ولايتلو *ne wilājetlü*, نه يرلو *ne jerlü*, vulgò نرهلو *nerelü*, cujas eſt? ex qua regione, &c. Latinum autem *quotus quiſque* ſubſtantivè poſitum reddunt per قنغي بري *kanghy biri* declinabile ut Poſſeſſivum tertiæ perſonæ; ſi adjectivè ponatur, per قنغي بر *kanghy bir*, indeclinabile ut Adjectivum.

Latina *aliquis*, *quidam* ſubſtantivè poſita, ſunt Turcis بركمسنه *bir kimeſne*, بركمسه *bir kimſe*, &, ſine بر *bir*, كمسنه *kimeſne*, كمسه *kimſe*, aliquis; *vel* aſſumpto Subſtantivo declinativo برآدم *bir adem*, quidam homo, بركس *bir kes*, vel بركشي *bir kiſi*, quædam perſona, *de hominibus*, بر *bir* enim ſignificat *unus*, *& quidam*, *aliquis*; unde de pecoribus etiam dicunt بر راس *bir rees*, *q.* unum caput, ein Stuck / De rebus autem dicitur abſolutè برنسنه *bir neſne*, aliquid, quidpiam, *vel* برشي *bir ſej*, res quæpiam; adjectivè per Subſtantivum pariter declinativum id reddunt, ut برپاره *bir pāre*, برقطعه *bir kyt-ă*, بردانه *bir dār*, برقبضه *bir kabza*, *q.* unum fruſtum, granum, manubrium, *&c. pro* unus, a, um, certus, a, um, quidam, quædam, quoddam, aliquid, aliqua, aliquod, *Germ.* Ein Stuck. Sic برقطعه *bir kyt-ă*, vel برپاره كمي *bir pāre gemi*, *i.e.* quædam, *vel* una certa navis, بردانه انجو *bir dāne ingiü*, una margarita, برپادشاه *bir pādiſāh*, unus, quidam Rex.

Latina *nullus & nemo* non poſſunt hîc propriâ voce Turcicâ reddi, ſed ponunt verbum ſequens negativum præpoſito uno ex præcedentibus كمسه *kimſe*, كمسنه *kimeſne*, بركمسه *bir kimſe*, نسنه *neſne*, *&c.* quibus ſæpe præponunt هيچ *hič*, *q.* nihil, *aut* non; duæ enim negationes admittuntur hîc pro una, ut apud Gallos & Polonos. Sic dicunt, v.g.

Digitized by Google

v.g بركسه كلديمي *bir kimſe gelmedymi*, nonne quiſpiam venit, nemone venit? كسه نسنه يوقدر, كلمدي, *vel* هيچ بركمسنه كلمدي *być bir kimeſne gelmedy*, nemo planè venit, *neſne joktür*, & هيچ برنسنه يوقدر *być bir neſne jok tür*, nihil eſt. *Gall.* Il n'y a rien. *Pol.* Nie máß nic / niczego nie máß. برنسنه بلمز *bir neſne bilmez*, & هيچ برنسنه بلمز *być bir neſne bilmez*, nihil ſcit, quod etiam ſic efferunt برشي بلمز *bir sej bilmez*, برذات بلمز *bir zāt bilmez*, برقل بلمز *bir kyl bilmez*, nihil planè ſcit, *q.* ne hylum quidem; & ad intenſionem præponunt اصلا *aslā*, vel قطعا *kat-ā*, vel utrumque, ut اصلا وقطعا برنسنه كورنمدي *aslā we kat-ā bir neſne görünmedy*, planè nihil, nihil prorſus viſum eſt. Sic اصلا بر وجهله اولمز *aslā bir weghile olmaz*, nullo modo, nullatenus fieri poteſt.

Latinum *omnis* redditur per هر *her*, quod etiam ſignificat *quiſque*, *ogni*, ut هر بر *her bir*, unusquiſque, ſinguli, ein jeder / *ciaſcheduno, ogniuno*, & *ogni*, ut هركشي *her kiši* هركمسنه *her kimeſne*, quiſque, *q.* omnis vel quilibet homo, ſingulæ perſonæ, & ſic ſemper adjectivè conſtruitur. Si autem in Plurali ſubſtantivè dicere vis *omnes*, dices cum vulgo هپيسي *hepiſi*, قوسي *kam iſi*, vel meliùs ex Arabico جملهسي *giümleſi*; ſin adjectivè utaris, dices هپ *hep*, قو *kamū* دكلي *dükeli*, جمله *giümle*, جميع *gemi*, aut كل *kulli*.

Si autem præponas هر *her* alicui ex ſupradictis interrogativis, æquivalebit noſtro *tunque* poſtpoſito, ut هركيم *her kim*, quiſquis, quicunque, هر قنغي *her kanghy*, هر نه اصل *her ne aſyl*, هرنه شكل *her ne šekil*, هرنه مقوله *her ne mækūle*, & ſimilia, *pro* quicunque, qualiſcunque, quilibet, & in neutro, هرنه *her ne*, quicquid, هرنه قدر *her ne kadur*, vel هرنه مقدار *her ne miktār*, هرنه دكلو *her ne den-lü*, quantumvis, quantumcunque. Idque habent peculiaris hæc omnia, quòd plerumque locent verbum ſequens in ſubjunctivo, ut هركيم كلورسه *her kim gelürſe*, quicunque veniat aut venerit, *chiunque verrà*, هرنه يوزدن اولورسه *her ne jüzden olurſe*, & pro eo Arabicum باي وجه كان *bi ejji weghin kāne*, quocunque tandem modo fiat, ut ut ſit; additurque interdum in tali conſtructione كه *ki*, ut هرنه كه يازلدي ايسه *her ne ki iazyldy iſe*, quicquid ſcriptum eſt. Idem autem ſignificant etiam abſque هر *her*, ut نه اولورسه اولسون *ne olurſe olsün*, ſit quidquid ſit. Perſ. هرچه باد باد *herći bād, bad*, vel *herći badā bād*, *Idem*

Ad Relativa demum refer, ſi vis, *idem*, quod Turcæ reddunt aliquando per اول *ol*, vel بو *bu*, præpoſito همان *hemān*, vel يينه *jine*, ينه *jene*, aut, ut nonnulli dicunt, كنه *gene*, ut ſit ينه او *jine o*, & همان او *hemān o*, etiam اول همان *ol hemān*, idem; ſæpius per بر *bir*, ut بردر *bir dür*, unum & idem eſt, & عينيله اودر *ājnī ile o dür*, همان اودر *hemān o dür*, idem eſt, ipſiſſimus eſt. *Totus*, هپ *hep*, بتون *bütün*, تمام *temām* & ſimilia, *Alter*, بردخي *bir dachy*, او بر *o bir*, *q.* ille alter, غيري *ghæjri*, vel برغيري *bir ghæjri*, vulg. *kajry*, pro Arab. غير *ghæjri*, & uſit. آخر *āchar a.* ديكر *diſer p.* alter, & alius, quod etiam ساير *sājr* dicitur; *Varius, varii, diverſimodus*, &c. quæ Turcicè exprimuntur دورلو دورلو *dürlü dürlü*, vulg. *türlü türlü*, vel per pluralia Arabica انواع *enwāā*, اصناف *æsnāf*, اجناس *egnās*, الوان *elwān*, & hujuſmodi. Perſ. كونه كونه *güneġüne*, كوناكون *gün igün*, رنكارنك *rengarenk* &c. *Talis*, & *hujuſmodi*, vel *ejuſmodi* redduntur per بونك كبي *bunün-gibi*, بونجلين *bungilein*, انك كبي *anün-gibi*, انجلين *angilein*, بو مقوله *bu mækūle*, vel اولمقوله *olmækūle*, بوشكل *bu šekl*, بو اصل *bu aſyl*, & ſimilia; quod autem dicimus *talis & talis*, aut ſcribimus *N N.* (Græcis ὁ δεῖνα) reddunt per Arabicum فلان *fūlān*, vel *falan*, additque interdum vulgus *fūlān fiſtān*. Hiſpanus etiam dicit *fulano*.

¶ *Pronomina Relativa Arabibus dicuntur* الموصولات *elmewsūlātü*, *q.* conjuncta; *ſunt autem* الذي *ellezī*, qui, التي *elletī*, quæ. *Dual.* الذان *ellezāni*, qui duo, & *in obl.* الذين *ellezejni*, quorum, quibus, quos duos, التان *elletāni*, quæ duæ, *in obliq.* التين *elletejni*, quarum, quibus, quas duas. *Pl.* الذين *ellezīne*, qui plures. *Fæmin.* اللائي *ellelāī*, اللاتي *ellelātī*, *ellāti*, اللواتي *ellewāti*, اللاي *vel* اللاء *ellāi*, quæ plures.

Relativum hoc non patitur ante ſe literas ſerviles præter ف *fe*, ك *kef*, ل *lam* & ... *rarissimè uſurpatur in caſu obliquo, ſed defectus hic ſuppletur per Affixa ... ſequentium. Sic pro* بالذي *billezī*, in quo, *dicitur* الذي به *ellezī bihi*, & *pro* من الذي *minellezī*, à quo الذي منه *ellezī minhu*, *pro* الذي رأيت *ellezī reejtü*, *quem vidi*, الذي رأيته *ellezī reejtühu*.

Relativa quoque ſunt, ſed antecedens includentia من *men*, is qui, quicunque, ما *mā*, id quod,

Digitized by Google

id quod, quodcunque, ea quæ, quæcunque, illud *de perſonis*, hoc *de rebus dicitur*, *& utrumque non rarò interrogat*, من *men*, quis? ما *mā*, quid?

ايُّ *ejjün*, quis, qui, quiſquis, quicunque, qualis, qualiſcunque, *interrogativè, enuntiativè & conditionaliter uſurpatur*, *& declinatur regulariter in Singulari juxta primam declinationem*, ايٌّ *ejjün*, quis, qui, ايٍّ *ejjin*, cujus, ايًّا *ejjen*, quem, quemcunque, *&c.* *Fœm. ſed rarum*, ايّةٌ *ejjetün*, quæ, ايّةٍ *ejjetin*, cujus, ايّةً *ejjeten*, quam, qualem, *&c.* *Regit autem alterum Subſtantivum in Genitivo, ut* ايُّ كتابٍ *ejjü kitābin*, qualis liber? من ايِّ كتابٍ *min ejji kitābin*, ex quo *vel* quali libro? *Affigitur etiam ipſi particula* ما *mā*, quid, quæ, aliquid, *& dicitur* ايُّما *ejjümā*, quiſquis, quidquid, quodlibet, ايِّما *ejjimā*, cujuslibet, cuilibet, quolibet, ايَّما *ejjemā*, quemlibet, quodlibet, *ut & cum* من *men*, ايُّمن *ejjümen*, quicunque, ايِّمن *ejjimen*, cujuſcunque, *&c.* ايَّمن *ejjemen*, quemcunque. *Admittit præterea interdum Affixa Dualia & Pluralia, ut in Turcicis* قنغي *kanghy*, *ut* ايّهما *ejjühümā*, uter eorum, utra earum, ايّهم *ejjühüm*, ecquis ipſorum? *il quale di loro?* ايّهنّ *ejjühünne*, quæ ipſarum? *la quale di loro?*

Cætera facilia & in Lexico reperibilia.

Perſica Pronomina relativa ferè omnia redduntur per كه *ki* indeclinabile, dum ſignificat *qui*, *quæ*, *quod*; ſed eſt quodammodo declinabile, cùm ſignificat tanquam Interrogativum, quis? ut كه آمد *ki āmed*, quis venit? كيست *kiſt*, pro كه است *ki eſt*, quis eſt? كرا دادي *kirā dādi*, cui dediſti? Caſûs autem Relativi كه *ki* ſupplentur eodem modo, quo in Turcicis & Arabicis modò dictum eſt. Sic آن است كه دي اورا ديدي *ān eſt ki di orā didi*, ille eſt, quem heri vidiſti. Omittitur tamen interdum illa Pronominis repetitio, ubi abſque hoc intelligi poteſt, ut اين مرد كه بيني *in merd ki bīnī*, hic vir, quem vides.

چه *ći* neutraliter interrogat, ut Turcicum نه *ne*, & quodammodo declinari poteſt. كدام *kūdām* autem reſpondet Turcico قنغي *kangby*, quis, qui, qualis, quodnam, quale. انكه *anki*, qui, *ſeu* ille qui, pro Arabico من *men*, ut Itali & Galli dicunt, *quello che*, celuy que, licèt in eodem ſenſu dicant interdum *chi*, qui. In Pl. آنانكه *ānānki*, illi qui, انچه *ānći*, id quod, pro Arabico ما *mā*.

His autem præfixo هر *her*, fiunt quaſi univerſalia reſpondentia noſtris in *cunque*, ut هركه *herki*, & هرانكه *her ān ki*, quicunque, هرچه *her ći*, & هرانچه *her ān ći*, quodcunque, quidquid. هركدام *her kūdām*, reſpondet Turcico هرقنغي *her kanghy*, quicunque, & هريكي *her ieki*, vel *iegi*, unuſquiſque, همه *heme*, omnis, totus, &c.

CAPUT TERTIUM

De Pronominibus Poſſeſſivis.

POſſeſſiva Pronomina ſeparata apud Turcas ſunt بنم *benüm*, meus, سنك *ſenün-*, tuus, انك *anün-*, ſuus, *aut potiùs* ejus. Pl. بزم *bizüm*, noſter, سزك *ſizün-*, veſter, انلرك *anlarün-*, eorum. Quæ nihil aliud ſunt, quàm Genitivi primitivorum perſonalium, ideoque præponuntur Subſtantivis, & per Adjectiva reddi poſſunt *meus*, *mea*, *meum*, meiner / meine / meines / *mio*, *mia*, mon, ma. Si autem abſolutè ſint ponenda abſque ſubſtantivo, tunc ſolet addi كي *ki*, de quo ſuprà fuit mentio, & dici بنمكي *benümki*, meus der meine / *il mio*, le mien. سنككي *ſenün-ki*, tuus, der deine / *il tuo*, le tien. انككي *anün-ki*, ejus, ſuus, der ſeine / *il ſuo*, le ſien. بزمكي *bizümki*, noſter, der unſrige / *il noſtro*, le noſtre, سزككي *ſizünki*, veſter, der ewre / *il voſtro*, le voſtre. انلرككي *anlarün-ki*, eorum, ſuus, der ihre, *il loro*, le leur. Et hæc declinantur ut nomina ſecundæ declinationis, ut بنمكي *benümki*, meus, der meine / بنمكينك *benümkinün-*, mei, deß meinen / بنمكيه *benümkije*, meo, dem meinen / بنمكي *benümkii*, meum, den meinen / بنمكيدن *benümkiden*, à meo, von dem meinen / بنمكيلر *benüm kiler*, mei, die meine / بنمكيلرك *benüm kilerün-*, meorum, der meine / &c. Si autem *ſuus* referatur ad verbum ejuſdem perſonæ tunc dicitur كندونككي *gendünün-ki*, ſuus, der ſeine eigene.

Sune

Sunt autem alia Pronomina poſſeſſiva Affixa, quæ nomini cuivis adjiciuntur inſeparabiliter. Circa quod ſciendum imprimis, non niſi à plebe adhiberi Poſſeſſiva illa ſuperiora cum ſuo Subſtantivo immutato, & dici, بنم بابا *benüm baba*, pater meus, سنك انا *ſenün-ana*, mater tua, انك دده *anün dede* ejus avus; modus enim hîc loquendi eſt nimis vulgaris, & cenſetur omnino erroneus. Exigitur ergo præterea adjectio Affixorum, quæ ſunt hæc: Pro prima perſona م, pro ſecunda ك, pro tertia ي *vel* سى in Singulari numero. In Plurali autem pro prima مز, pro ſecunda, كز, pro tertia ي *vel* سى *vel* لري *leri*. م in nominibus vocali noſtrâ terminatis valet tantùm noſtrum *m*, ut à بابا *baba*, بنم بابام *benüm babam*, pater meus, mein Vatter; in nominibus autem conſonante terminatis valet *üm*, unde etiam, uti orthographia Turcica eſt undequaque liberrima, ſcribunt nonnulli وم *üm*, ut a كتاب *kitāb*, liber, بنم كتابم *benüm kitābüm*, vel, ut nonnulli كتابوم *kitābüm*, liber meus, mein Buch. Sic ك poſt vocalem valet tantùm *n-*, ut ab eodem: سنك باباك *ſenün-baban-*, pater tuus, dein Vatter; poſt conſonantem *ün*, سنك كتابك *ſenün-kitabün-*, liber tuus, dein Buch (quod & كتابوك ſcribunt, ac nonhulli etiam كتابيك q. *kitābin-*) سى *ſi* poſt vocalem, ut انك باباسى *anün-babaſi*, pater ejus, ſein Vatter; poſt conſonantem ي *ī* tantùm, انك كتابي *anün-kitābī*, ejus liber, ſein Buch. Plur. مز *müz* poſt vocalem, بزم بابامز *bizüm babamüz*, pater noſter, unſer Vatter; poſt conſonantem *ümüz*, بزم كتابمز *bizüm kitābümüz*, liber noſter, unſer Buch (ſcribitur & كتابومز ac كتابيمز *kitābimüz*) كز *n-üz* poſt vocalem, سزك باباكز *ſizün-baban-üz*, pater veſter, ewer Vatter; poſt conſonantem *ün-üz* سزك كتابكز *ſizün-kitābün-üz*, veſter liber, ewer Buch (ſcribunt nonnulli كتابوكز & alii كتابيكز *kitābin-üz*) ي & سي *ī & ſi*, ut in Singulari, انلرك باباسى *anlerün-babaſī*, eorum pater, ihr Vatter; quod & optimè ac uſitatiſſimè dicitur بابالري *babaleri*, eorum pater; etſi hoc poſſet etiam ſignificare *patres ejus*, quod ex ſenſu facilè percipitur. Sic ab ار *er*, vir, maritus, fit بنم ارم *benüm-erüm*, maritus meus, mein Mann, à قري *karÿ*, mulier, uxor, بنم قريم *benüm karym*, uxor mea, mein Weib / & سنك ارك *ſenün-erün-*, tuus maritus, dein Mann / سنك قريك *ſenün-karyn*, uxor tua, dein Weib / انك اري *anün-eri*, ejus maritus, ihr Mann / انك قريسى *anün-karyſi*, ejus uxor, ſein Weib / بزم ارمز *bizüm erümüz*, noſter vir, *vel* maritus, unſer Mann; بزم قريمز *bizüm karymüz*, noſtra mulier, vel uxor, unſer Weib; سزك اركز *ſizün-erün üz*, veſter vir, ewer Mann / سزك قريكز *ſizün-karyn-yz*, veſtra uxor, ewer Weib / انلرك اري *anlarün-eri*, earum maritus, ihr Mann / انلرك قريسى *anlarün-karyſi*, eorum uxor, ihr Weib.

Quod autem modò dixi in plurali affigi مز *müz*, كز *n üz*, *&c.* intellige de plurali poſſeſſoris, ſeu tunc quando ſunt plures poſſeſſores, ſecùs cum nomen rei poſſeſſæ eſt in plurali, tunc enim ipſum Plurale poſſeſſi affigit ſibi ſeu ſuo لر *ler* illas particulas poſſeſſivas eodem modo quo ſuprà, *v. g.* بنم بابالرم *benüm babalerüm*, mei patres, meine Vätter. بنم كتابلرم *benüm kitāblerüm*, mei libri, meine Bücher. ارلرم *erlerüm*, mei viri, meine Männer. قريلرم *karylerüm*, meæ mulieres, meine Weiber. Sic سنك بابالرك *ſenün-babalerün*, tui patres, سنك كتابلرك *ſenün-kitāblerün*, tui libri, ارلرك *erlerün-*, tui viri, قريلرك *karylerün-*, tuæ mulieres; انك بابالري *anün-babaleri*, patres ejus, انك كتابلري *anün-kitābleri*, libri ejus, انك ارلري *anün-erleri*, viri ejus, انك قريلري *anün, karyleri*, mulieres aut uxores ejus, بزم بابالرمز *bizüm babalerümüz*, noſtri patres, بزم كتابلرمز *bizüm kitāblerümüz*, libri noſtri, ارلرمز *erlerümüz*, viri noſtri, قريلرمز *karylerümüz*, uxores noſtræ, سزك بابالركز *ſizün babalerun-üz*, patres veſtri, سزك كتابلركز *ſizün-kitāblerün-üz*, libri veſtri, ارلركز *erlerün-üz*, mariti veſtri, قريلركز *karylerün-üz* uxores veſtræ, انلرك بابالري *anlarün-babaleri*, patres eorum, انلرك كتابلري *anlarün-kitābleri*, libri eorum, انلرك ارلري *anlarün-erleri*, mariti earum, انلرك قريلري *anlarün-karyleri*, uxores eorum.

Ubi obſervandum hæc affixa ſufficere abſque pronominibus ipſis بنم *benüm*, سنك *ſenün* *&c.* ad exprimendam illorum integram ſignificationem, nam بابام *babam* per ſe ſignificat *pater meus*, باباك *baban-*, pater tuus, باباسى *babaſi*, pater ejus & ſuus; بابامز *babamüz*, pater noſter, باباكز *baban-üz*, pater veſter, بابالري *babaleri*, pater eorum, ejus, & ſuus, ſic كتابم *kitābüm*, liber meus, ارم *erüm*, vir meus, قريم *karym*, uxor mea, &c.

Scien-

Digitized by Google

Sciendum præterea, quòd illud affixum tertiæ perſonæ ي *i vel* سي *ſi*, qu...do præcedit genitivus ſubſtantivi alicujus, qui genitivus, ut intrà docetur, Germanorum & Hungarorum more ſemper præponi alteri ſubſtantivo debet, perpetuò affigitur ſubſtantivo regenti illud alterum in genitivo, & hoc in Turcicis quidem, non item in Arabicis aut Perſicis, ut in ſyntaxi fuſiùs declarabitur, *v. g.* اغانك اتي *aghanün- ati*, Domini equus: داودك باباسي *dawudün- babaſi*, Davidis pater, non اتي اغانك *ati aghanün-* *vel* باباسي داودك *babaſi dawüdün-*, Immò verò, ut adhuc in declinationibus nominum innui, quando ille genitivus non eſt determinatus, aut id aliunde non omnino requirit ſenſus, poteſt etiam omitti terminatio genitivi præcedentis, ut اغا اتي *agha aty*, Domini equus, quod Gallus ferè diceret, Vn cheval de ſeigneur, & in ſuperiore exemplo diceret, le cheval du ſeigneur, ſic dicimus نمجه ولايتي *nemće wilajeti*, Regio, aut Provincia Germaniæ, *il paeſe di Germania*, le pays d'Allemagne, illud enim affixum ex ſe ſatis indicare videtur in genitivo eſſe ſubſtantivum præcedens.

Hæc autem omnia cum ſuis affixis declinantur, & quidem primæ & ſecundæ perſonæ regulariter; tertiæ autem perſonæ accidit nonnihil anomaliæ. Quare ſint:

Exempla declinationis hujuſmodi nominum poſſeſſivorum ſeu affixo pronomine affectorum.

Sing.	à بابا *baba*, pater.	ab اوغل *oghul*, filius.
Nom.	بنم بابام *benüm babam*, pater meus.	اوغلم *oghlum*, filius meus
Gen.	بنم بابامك *benüm babamün-*, patris mei	اوغلمك *oghlumün-*, filii mei
Dat.	بنم بابامه *benüm babame*, patri meo	اوغلمه *oghlume*, filio meo
Acc.	بنم بابامي *benüm babami*, patrem meum	اوغلومي *oghlumi*, filium meum
Abl.	بنم بابامدن *benüm babamden*, à patre meo	اوغلومدن *oghlumden*, à filio meo
Plur.		
Nom.	بابالرم *babalerüm*, patres mei	اوغالرم *oghullerüm*, filii mei
Gen.	بابالرمك *babalerümün-*, patrrum meorum	اوغللرمك *oghullerümün-*, filiorum meor.
Dat.	بابالرمه *babalerüme*, patribus meis	اوغللرمه *oghullerüme*, filiis meis
Acc.	بابالرمي *babalerümi*, patres meos	اوغللرمي *oghullerümi*, filios meos
Abl.	بابالرمدن *babalerümden*, à patribus meis	اوغللرمدن *oghullerümden*, à filiis meis

Sic declinantur regulariter poſſeſſiva ſecundæ perſonæ utriuſque numeri, & primæ pluralis, سنك باباك *ſenün baban-*, pater tuus, اوغلك *oghlün*, filius tuus, باباكك *baban-ün-*, patris tui, اوغلكك *oghlun-un-*, filii tui, باباكه *baban-e*, patri tuo, اوغلكه *oghlun-a*, filio tuo, &c. & in Plur. بابالرك *babalerün-*, patres tui, اوغللرك *oghullerün-*, filii tui, بابالركك *babalerün-ün*, patrum tuorum, اوغللركك *oghullerün-ün*, filiorum tuorum, &c.

Tertiæ autem perſonæ poſſeſſiva ſic declinantur

Nom.	باباسي *babaſi*, pater ejus, *vel* ſuus	اوغلي *oghly*, filius ejus, *vel* ſuus
Gen.	باباسينك *vel* باباسنك *babaſinün-*, patris ejus,	اوغلينك *oghlynün-*, filii ejus
Dat.	باباسينه *babaſine*, patri ejus, *vel* ſuo (ſui	اوغلينه *oghlyne*, filio ejus
Acc.	باباسيني *babaſini*, *vel* باباسين *babaſin*, (patrem ejus, *vel* ſuum	اوغليني *oghlyni*. *vel* اوغلين *oghlyn*, (filium ejus
Abl.	باباسندن *babaſinden*, à patre ejus *vel* ſuo	اوغليندن *oghlyndan*, à filio ejus, *vel* ſuo
Plur.		
Nom.	بابالري *babaleri*, patres ejus, & pater eorum	اوغللري *oghulleri*, filii ſui, ejus, eorum
Gen.	بابالرينك *babalerinün-*, patrum eorum	اوغللرينك *oghullerinün-*, filiorum ejus
Dat.	بابالرينه *babalerine*, patribus ejus, eorum	اوغللرينه *oghullerine*, filiis ſuis, ejus
Acc.	بابالريني *babalerini*, patres ſuos, ejus, eorum	اوغللريني *oghullerini*, filios ſuos, ejus
Abl.	بابالرندن *babalerinden*, à patrib. ſuis, eorum	اوغللرندن *oghullerinden*, à filiis ſuis, corú

Ideo autem legitur in Plurali *oghullar*, filii mei, & in themate اوغل *oghul* filius, quia, ut ſuperiùs dixi nunquam in fine habent ſyllabam binis conſonantibus durioribus terminatam. Dicunt autem اوغلم *oghlüm*, filius meus, quia prima ſyllaba terminatur τῶ غ *ghajn*, & ſecunda incipit à ل *lam*, اوغ *ogh*, لم *lüm*, *oghlüm*, filius meus, & ſic in aliis.

Scribunt tamen multi etiam in themate اوغول *oghul*, *&* اوغوللرم *oghullarüm*, filii mei; nullus enim eſt rigor orthographiæ Turcicæ.

Ubi nota illud ن *nun* interſeri, uti ante دن *den* ablativi, ita ante alias poſtpoſitiones, ده *de*, in, جه, *ğe*, in, penès, juxta, لين *lein*, & جلين *ğilein*, ut قتنده *kytynde*, & *katynde*, penès ipſum, يانىده *ianinde*, & يانىجه *ianinğe*, *Idem*, penès ipſum, *q.* à latere ipſius, عادتنجه *âdetinğe*, juxta ipſius conſuetudinem, ياردمنسز *iardüminſyz*, abſque auxilio ejus. *Teſ.* Atque idem intellige de Demonſtrativis بو *bu*, اول *ol*, *&c.* ut انده *andæ*, in illo, *&* ibi, بونجلين *bunğilein*, hujus inſtar, hujuſmodi, *&* ſic, ita, بونسز *bunſyz*, abſque hoc.

Quòd ſi velis exprimere *ſuus ipſius*, ſufficit præponere كندو *gendü*, ut اول اقجديى كندو كيسه سندن چقارمشدر *ol akčiaji gendü kiſeſinden čikarmiśtir*, illam pecuniam ex ſuo ipſius, *vel* ex proprio marſupio exprompſit. Sic كندو عقليله بولدي *gendü âkly ile buldy*, proprio ſuo intellectu, *ſive* ingenio id conſecutus eſt, comperit.

Duo nomina inveniuntur, quæ præter regularem formam habent etiam aliquando, in vulgari præſertim ſermone, alteram, ſuntque آدم *âdem*, homo, آدمى *âdemi*, & آدميسي *âdemiſi*, ejus homo, *&* بر *bir*, unus, بري *biri*, & بريسي *biriſi*, unus eorum.

Nota denique, quando adeſt expreſſus numerus aliquis, non ſervari ordinem & regulas antè datas. Dicimus enim بر وقيه شراب *bir wækyje śerâb*, ſeu, ut vulgò بر اوقه *bir oka śerâb*, una libra, *ſeu* menſura, unum poculum vini. Ein Achtering / oder Maß Wein; etſi juxta regulas ſuperiores debebat شراب *śerâb* præponi in genitivo. Sic ايكي اوقه ات *iki oka et*, duæ libræ carnis, zwey Pfund Fleiſch (ſed اوقه *oka*, ſeu وقيه *wækyje*, continet 400. drachmas, & facit duas libras & quadrantem ponderis Viennenſis) Sic بر پاره اتمك *bir pâre etmek*, unum fruſtum panis; ein Stuck Brod / & ita in omnibus, dum adeſt numerus, ut بش اندازه جوقه *beś endaze čioka*, ſeu, ut vul. *čioha*, quinque ulnæ panni, دورت قدح شراب *dört kædah śerâb*, quatuor ſcyphi vini. Aliàs, cùm non adeſt ullus numerus, tunc ſervandus ordo ſupradictus, dicendumque, *v.g.* شرابك اوقه‌سي اون دورت اقجديه صاتلور *śerâbün-okaſi on dört akčiajæ sâtylür*. Menſura vini conſtat, *aut* venditur 14. aſpris. Ein Maß Wein gilt 14. Aſperlein. *La miſura di vino à quatuor dici quarantani.* Sic چوقه نك اندازه سي بر غروشه در *čiokanün- endâzeſi bir ghroše dür*. Ulna panni thalero conſtat. Die Ehlen Tuch koſtet einen Thaler. *Il braccio di panno coſta un tallaro.*

¶ *Non habent Arabes Pronomina poſſeſſiva ſeparata, ſed poſſeſſionem exprimunt per Affixa Nomini adjecta, ſuntque ea ipſa, quæ in primo capite retulimus, præterquam primæ perſonæ, quod eſt perpetuò in* ي, *non verò in* ﻧﻲ. *Et hoc unico exemplo percipies, per omnes perſonas ducto,* عبدي *âbdi*, ſervus meus, *ſive mas loquatur, ſive fœmina. Plur.* عبدنا *âbdünâ*, ſervus noſter; عبدك *âbdüke*, ſervus tuus *viri*, عبدك *âbdüki*, ſervus tuus *mulieris. Dual.* عبدكما *âbdükümâ*, ſervus veſtrûm duorum, *vel* duarum. *Pl.* عبدكم *âbdüküm*, ſervus veſter, *ſive ad viros loquaris, ſive ad fœminas*; عبده *âbdühü*, ſervus ejus *viri*, عبدها *âbdühâ*, ſervus ejus *fœminæ. Dual.* عبدهما *âbdühümâ*, ſervus eorum duorum, *vel* earum duarum. *Pl.* عبدهم *âbdühüm*, ſervus eorum, *&* earum plurium.

Notandum, quòd Affixum primæ perſonæ ي *ſuſcipit* َ *fetham, quando præcedens litera nequit habere motionem, ut in Duali dicetur* عبداي *âbdâje*, duo ſervi mei, *& in obliq.* عبديّ *âbdejje*, duorum ſervorum meorum, duobus, duos ſervos meos. *Similiter in Plurali ſano maſculino unum* ي *formativum obliq. Pluralis intromittitur in alterum* ي *Affixi primæ perſonæ, & ſimiliter in caſu recto, quia* و *ſignum caſûs recti convertitur in* ي, *quando ſuſcipit Affixum primæ perſonæ. Sic tam à* مسلمين *müslimîne*, fidelium, *quàm à* مسلمون *müslimûne*, fideles, *fiet* مسلميّ *müslimîje*, fideles mei, fidelium meorum, fidelibus meis, fideles meos. *Sic ob rationes dictas à* خطايا *chætâjâ*, peccata, *fit* خطاياي *chætâjâje*, peccata mea, *ab* عصاً *âſæn*, baculus, عصاي *âsâje*, baculus meus, *à* رام *râmin*, ſagittarius, راميّ *râmîje*, ſagittarius meus, *quia* رام *râmin eſt pro* رامىٌ *râmiiün*: *Dicitur tamen* اباءِي *ebâî*, patres mei, احبّاءِي *æhybbâî*, amici mei.

Revoca etiam in memoriam quod ſuprà diximus, quòd cùm immediatè præcedit ـ *keſra,*

ra, aut ي *vocali deſtitutum, mutari* ه *zammam Aſſixorum tertiæ perſonæ in* ه *keſram, ut* عبده *âbdihi*, ſervi, *vel* ſervo ejus, عبدهما *âbdihimā*, ſervi, *vel* ſervo eorum, *vel* earum duarum, عبدهم *âbdihim*, ſervi, *vel* ſervo eorum plurium, عبدهن *âbdihinne*, ſervi, vo earum plurium. *Sic cum particulis* فيه *fîhi*, in eo, اليه *ilejhi*, ad eum, عليه *âlejhi*, ſuper eo; *cum Aſſixo autem primæ perſonæ dicitur* الي *ilejje*, ad me, علي *âlejje*, verſùs & contra me, *propter rationes ſupradictas. Aliàs dicitur* لي *li*, mihi, propter me.

Perſis pariter nulla ſunt Pronomina poſſeſſiva ſeparata, ſed vel ipſa primitiva poſtponunt nomini rei poſſeſſæ, conſtructione ſubſtantivi cum ſubſtantivo, ut پدرمن *pederî men*, pater meus, مادرتو *māderî tü*, mater tua, پسراو *püſerî o*, filius, puerulus ejus, پدرما *pederî mā*, pater noſter, پدرشما *pederî šumā*, pater veſter, پدرايشان *pederî îšān*, pater illorum, *& in Pl.* پسران من *püserānî men*, filii, puerulı mei, پسران تو *püserānî tü*, pueruli tui, &c. Sic pro reciproco in omnibus perſonis poſtponunt tantum خود *chod*, ipſe, ut پسرخود *püſerî chod*, filius meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, ſuus *de pluribus*, mein eigener Sohn / meus ipſius filius, &c. In quo eodem ſenſu uſurpatur etiam خويش *chýš*, ipſe, &c. Vel utuntur Affixis pro prima nempe perſona م *em*, ut پدرم *pederem*, pater meus, pro ſecunda ت *et*, ut پدرت *pederet*, pater tuus, pro tertia ش *eš*, ut پدرش *pedereš*, pater ejus, شاكردانش *šāgirdāneš*, diſcipuli ejus.

GRAMMATICÆ TURCICÆ
PARS QUARTA
De Verbo.

PRO themate, *ſeu* radice Verbi ſtatuemus Infinitivum, licet Imperativus conſtet omnium pauciſſimis literis, adeoque poſſint ab illo faciliùs formari tempora, &c. Sed malumus in hoc imitari Latinos, aut certè de radice non diſputare. Quod enim Noſtrates ponunt pro themate Arabicorum, nempe tertiam præteriti perſonam ſingularem, Arabes ipſi ac Turcæ tam in Lexicis, quàm Grammaticis ponunt Infinitivum, *ſeu* nomen verbale actionis, quod vocant مصدر *maſtær*, *q.* ſcaturiginem, unde oriuntur tempora Verbi, ſicque dividunt capita conjugationum derivatarum, ac dicunt, *v. g.* باب تفعيل *bābî tef-ýl*, باب مفاعله *bābî mufā-æle*, pro ſecunda & tertia conjugatione. Non nego tamen commodiùs poni pro radice Arabicorum dictam tertiam præteriti, nec ipſe à methodo noſtrorum in Arabicis diſcedam, ſed Turcica ad normam Latinorum tractemus.

In Verbo conſiderari ſolent, genus, ſpecies, figura, modus, tempus, perſona, numerus, & conjugatio.

CAPUT PRIMUM
De genere, ſpecie & figura Verborum.

VErborum genera ſunt apud Turcas Activum & Paſſivum; Neutrum enim ſignificatione, & Neutro-paſſivum formâ nihil differunt ab Activis, formantque ex ſe pariter Paſſiva ſaltem in tertiis perſonis, ut in Latinis nonnunquam contingit. Sed ab omni Activo aut Neutro fiunt alia Activa ſecunda, *ſeu* tranſitiva in ſecundum, ut à سومك *ſewmek*, amare, fit سودرمك *ſewdürmek*, facere amare, *i. e.* facere, ut quis amet, quod etiam ſuum habet paſſivum, uti omnia alia Verba. Rurſus fiunt Verba quædam cooperativa, *ſeu* mutuæ ac reciprocæ actionis, quæ aliàs ſæpe voco *Reciprocata*, ut ab eodem سومك *ſewmek*, amare, fit سوشمك *ſewiſmek*, amare ſe mutuò, *ſeu* reciprocè, unum alterum. Item alia etiam quodammodo reciproca, ſed quorum actio perſonam agentis non egreditur, ut ab اوكمك *öǵmek*, laudare, fit اوكنمك *öǵünmek*, laudare ſe, *vel* ſemet-

 ipſum;

ipſum ; & quia hujuſmodi Verba Italis & Gallis dicuntur Reciproca, quæ nimirum *ſi*, vel *ſe* habent ſibi ſemper adjuncta: nobis quoque liceat ea Reciproca Perſonalia, aut Deponentia vocare (habent enim terminationem quodammodo paſſivam) Et hæc duo Reciprocatum, & Reciprocum *ſeu* Deponens generant quoque paſſiva, & tranſitiva in ſecundum. Dicitur enim سوشلمك *ſewiſilmek*, amari mutuò, dari amorem mutuum, & سوشدرمك *ſewiſtürmek*, facere ſe amare mutuò, facere, ut ſe coament. Sic اوكندرمك *ögündürmek*, facere, ut ſe quis laudet, aut jactet, كيندرمك *geindürmek*, facere, ut quis ſe veſtiat, *farſi veſtire*, *&c.* Præterea hæc omnia & ſingula, immò quotquot ſunt in tota lingua Turcica Verba habent ſua Negativa, ut. سوممك *ſewmemek*, non amare, سولممك *ſewilmemek*, non amari, سودرممك *ſewdürmemek*, non facere amare, &c. Et tandem ab his Negativis fiunt verba potentialia Negativa ſeu Impoſſibilia (potentialia enim affirmativa non habent ſeparata, ut Hungari) Sic à سوممك *ſewmemek*, non amare, fit سوممك vel سوهممك *ſewememek*, non poſſe amare, & سولهممك *ſewilememek*, non poſſe amari, Doctiores tamen ſæpe ſcribunt سويممك *ſewimemek*, pro *ſewememek*, non poſſe amare. Ex quibus poteſt confici hæc tabula.

Tabula verborum derivativorum Turcicorum.

1. Activum سومك *ſewmek*, amare.
   Cujus Negativum سوممك *ſewmemek*, non amare; *Impoſſibile* سوهممك *ſewememek*, non poſſe amare.

2. Paſſivum سولمك *ſewilmek*, amari.
   Cujus Negativum سولممك *ſewilmemek*, non amari; *Impoſſibile* سولهممك *ſewilememek*, non poſſe amari : *unde etiam oritur Tranſitivum* سولدرمك *ſewildürmek*, facere amari, facere ut quis ametur.

3. Tranſitivum in ſecundum سودرمك *ſewdürmek*, facere amare, facere ut quis amet.
   Cujus Negativum eſt سودرممك *ſewdürmemek*, non facere amare, *Impoſſibile* سودرهممك *ſewdürememek*, non poſſe facere amare, non poſſe facere ut quis amet. *Ex hoc etiam fit paſſivum* سودرلمك *ſewdürilmek*, effici, ut quis amet; *& hoc pariter habet ſuum Negativum* سودرلممك *ſewdürilmemek*, non effici ut quis amet, *& Impoſſibile*, سودرلهممك *ſewdürilememek*, non poſſe fieri ut quis amet. *Rara tamen ſunt hujuſmodi ſecundaria derivatorum derivativa.*

4. Reciprocatum aut cooperativum سوشمك *ſewiſmek*, amare ſe invicem, aut mutuò.
   Cujus Negativum سوشممك *ſewiſmemek*, *Impoſſibile* سوشهممك *ſewiſememek*, non poſſe mutuò ſe amare, *& ab hoc fit paſſivum* سوشلمك *ſewiſilmek*, amari mutuò, *cum ſuo Negativo & Impoſſibili. Rurſus fit Tranſitivum* سوشدرمك *ſewiſtürmek*, facere ſe mutuò amare, ſeu ut ſe mutuò ament, *& hoc habet ſuum Negativum* سوشدرممك *ſewiſtürmemek*, *ac Impoſſibile* سوشدرهممك *ſewiſtürememek*, *& præterea Paſſivum* سوشدرلمك *ſewiſtürilmek*, *cum ſuo pariter Negativo & Impoſſibili.*

5. Reciprocum *ſeu* Deponens سونمك *ſewinmek*, amare ſe ipſum.
   Cujus Negativum سونممك *ſewinmemek*, non amare ſe ipſum, *Impoſſibile* سونهممك *ſewinememek*, non poſſe amare ſe ipſum, *& ab hoc fit Paſſivum* سونلمك *ſewinilmek*, q. dari amorem ſui, *ſed rarum. At frequens eſt Tranſitivum* سوندرمك *ſewindürmek*, facere amare ſe ipſum, *ſeu* ut quis ſe ipſum amet, *à quo pariter alia derivativa ut in præcedenti.*

Non tamen hæc derivativa omnia à verbo quolibet derivantur; ut in hac tabella سونمك *ſewinmek* admodum raro ſumitur in illa ſignificatione, *amare ſe*, quin etiam potiùs ſignificat *gaudere*, *lætari*. Sic non dicitur كيشمك *geiſmek*, veſtire ſe invicem, in quo uſum conſule.

Quædam etiam Neutra, & alia Activa Paſſivum in نمك *inmek* habentia, non faciunt illa reciproca perſonalia *ſeu* deponentia. Nam non dicitur, *v. g.* كيدنمك *gidinmek*; ſed bene fit paſſivum imperſonale كيدلمك *gidilmek*, iri, itur, ibatur, &c. ut in Latinis. Sic ايتمك *itmek*, facere, non habet ferè niſi Tranſitivum ايتدرمك *ittürmek*, jubere fieri, *far fare*,

fare, & rariùs ايدشمك *idiſmek*, facere inter ſe *vel* invicem. Pro paſſivo, quo caret, dicitur اولنمق *olunmak*, fieri; & licèt ايدنمك *idinmek* formam habeat Reciproci, eſt tamen potius Activum & ſignificat *efficere*, *creare*; اولمق *olmak* quoque *eſſe*, ut verbum ſubſtantivum nòn habet præter negativa, nam اولنمق *olunmak*, ut dixi, ſignificat *fieri*.

Quomodo autem formentur dicta Derivativa à ſuo Primitivo, poſt conjugationem Verborum edocebo.

Præter hæc Derivativa à Verbo Primario habent etiam nonnulla à Nomine derivata in لمك *lemek* Activo-neutra, aut لنمك *lenmek* Neutro-paſſiva, ut à كيجه *gige*, nox, كيجلمك *gigelemek*, pernoctare, ab ات *at*, equus, اتلنمق *atlanmak*, equitare, equum conſcendere, ab ار *vel* ایر *ir*, cantio, cantus, ارلمق *vel* ایرلمك & ارلامق *irlamak*, cantare. Sic à كومش *kumiſ*, argentum, كومشلمك *gumiſlemek*, deargentare, ab التون *altun*, aurum, التونلمق *altunlamak*, quod & يالدزلمق *ialdyzlamak*, deaurare, à قورشن *kurſun*, plumbum, قورشنلمق *kurſunlamak*, plumbare, à شبهه *ſubhe*, dubium, شبهلنمك *ſubhelenmek*, dubitare, ſuſpicari, à موم *mum*, cera, مومقلق *mumlamak*, incerare, ab ایر *ejer*, ephippium, ایرلمك *ejerlemek*, ephippio ornare, inſternere, *q.* ephippiare, à باش *baſ*, caput, initium, باشلمق *baſlamak*, incipere, à مهر *mühr*, ſigillum, مهرلمك *mühürlemek*, ſigillo munire, obſignare, à قوجق *kugiak*, gremium, ulna, قوجقلمق *kugiaklamak*, & قوجمق *kugmak*, in gremio fovere, amplecti.

Inchoativa noſtra latina reddunt aliquando per اولمق *olmak*, ut اخشام اولیور *achſam olyjür*, adveſperaſcit, ſic اولیور *olyjür*, incipit eſſe aut fieri, & matureſcit; *ſi và facendo*, *ò maturando*, aut per propria à nomine derivata, ut ab اختيار *ychtyjar*, ſenex, اختيارلنمق *ychtyjarlanmak*, ſeneſcere, à زنكين *zengin*, dives, زنكينلنمك *zenginlenmek*, diteſcere. Aliàs circumſcribunt ea per باشلمق *baſlamak* incipere, cum dativo Infinitivi, ut اسيمغه باشليور *iſſynmagha baſlajür*, *vel uſit.* باشلدي *baſlady*, caleſcit, ſeu calere cœpit, &c.

Frequentativa etiam circumſcribunt per كلمك *gelmek*, venire & ſolere, præpoſito verbi gerundio in ي *i vel a*, ut اولي كلمك *oly vel ola gelmek* ſolere, ſolitum eſſe, conſueſcere; aliàs nonnunquam per præſentia in يورم *jürüm*, aut يوريورم *jürijürüm*, ut اوريورم *urijürüm*, pulſo. Dicunt etiam واروب كلمك *warüp gelmek*, frequentare, *q.* ire & venire.

Meditativa variè circumſcribunt, *v.g.* قرنم اچدر *karnüm actür*, vel قرنم اجقدي *karnüm agikty*, vel ſimpliciter اچايم *acim*, vel اشتهام واردر *iſtiham wardür*, aut, ut vulgus اشتاهم واردر *iſtahum war dür*, eſurio, *q.* venter meus eſt famelicus, appetitum habeo, &c. صوسدم *ſuſadüm*, & صوسزايم *ſuſyzim*, ſitio, اويقوم وار *ujukum war*, dormiturio, es ſchläfferr mich / *Hò ſonno*, i'ay ſommeil, ſpácim ſie chce. Aliquando per futurum verbi, ut ايشجكم واردر *isčegegüm war dür*, *vel uſit.* ايشجكم كلدي *isčegegüm geldy*, mincturio, *Gall.* i'ay enuie ou beſoin de piſſer. Aliàs ſæpe id reddunt per كوكلم استر *gön-lüm iſter ani buni itmege*, *q.* Animum habeo hoc vel illud faciendi, *ſeu de verbo ad verbum*, cor meum cupit hoc aut illud facere, *Hò voglia*, *mi vien voglia di..*, *Gal.* I'ay envie de.. *Pol.* Chce mi ſie / albo ſáchciało mi ſie to a to czynić / &c.

Adde multa auxiliaria, quibus utuntur ad ſupplenda aut formanda tempora, ut eſt præcipuè verbum ſubſtantivum, cujus infrà conjugationem habebis, vel certè ad urendum nominibus actionum ſeu Infinitivis Arabicis, ut ſunt ايتمك *itmek*, ايلمك *ejlemek*, قلمق *kylmak*, facere, præſtare, & civiliùs ad Superiores loquendo in eadem tamen ſignificatione, بيورمق *bujurmak*, imperare, facere, *v.g.* رعايت ايتمك ايلمك قلمق بيورمق *ry.ājet itmek*, *ejlemek*, *kylmak*, *bujurmak*, obſervare, honorare, *q.* honorationem præſtare, ſic تشريف بيورك *teſrif bujurün*, honorate, condecorate, nobilitate, beate, *q.* condecorationem præſtate, *quod ſæpe etiam ſignificat* Viſitate me, *ſi compiaccia di*, *&c.* Horum autem paſſivum ut plurimùm eſt اولنمق *olunmak*, قلنمق *kylynmak*, بيورلمق *bujurylmak*, fieri, aut ſi nomina ſunt adjectiva, aut certè participia, quibus hæc verba adduntur, paſſivum erit اولمق *olmak*, ut حاضر ايتمك *hāzyr etmek*, parare ſeu paratum reddere, *Paſſ.* حاضر اولمق *hāzyr olmak*, parari, paratum eſſe & fieri. Et quidem ſæpe tertia perſona paſſivi uſitatiſſimè ponitur loco cujuſuis perſonæ activi, præſertim in libris & Literis, ut سوال اولنورسه *süāl olunurſa*, ſi quæratur, ſi fiat interrogatio, *pro* ſi tu, vel, ut loquimur, Dominatio tua Illuſtriſſima quærat aut interroget, &c.

Alia auxiliaria ſunt اولمق *olmak*, eſſe, & fieri, quod addunt Participiis Arabicis, ut صادر اولمق *sādyr olmak*, *q.* eſſe procedentem, prodeuntem, *i. e.* prodire, emanare, *idem quod* صدور بولمق *ſudūr bulmak*, *q.* facere emanationem, emanare, prodire. Sic ظاهر اولمق *zāhyr olmak*, *&* ظهور ايتمك *zuhūr itmek*, prodire, patefieri, oſtendi, بولمق *bulmak*, invenire, كلمك *gelmek*, venire, ut وجود بولمق *wugiūd bulmak*, *q.* exiſtentiam invenire, & وجوده كلمك *wugiūde gelmek*, prodire in lucem, exiſtere, *q. ad exiſtentiam venire.* كوسترمك *göſtermek*, oſtendere, commonſtrare, ut التفات كوسترمك *iltifāt göſtermek*, *i. q.* التفات ايتمك *iltifāt etmek*, æſtimare, *q.* facere aut oſtendere æſtimationem, *far ſtima, moſtrar ſtima, far dimoſtratione di ſtima.* يمك *jemek*, comedere, vorare, ut غم يمك *ghæm jemek*, mœrorem comedere, *pro* pati. Sic طبانجه يمك *tabangiæ jemek*, alapam accipere, pati, & hoc tantùm in ſimilibus ictibus; aliàs dicitur چكمك *čekmek*, pati. ايچمك *ičmek*, bibere, eſt etiam auxiliare in اند ايچمك *and ičmek*, jurare, *q.* juramentum bibere aut deglutire, ut è contrà اند ويرمك *and wirmek*, adjurare, *ſcongiurare*, *q.* juramentum dare, offerre, *h. e.* ſub juramento aliquem obligare ad aliquid. Rurſus كورمك *görmek*, videre, *pro* præſtare, agere ac recipere, ut رعايت كورمك *ry-ājet görmek*, recipere honorem, honore affici, *q* eſſet paſſivum τȣ̃ كوسترمك *göſtermek*. Sic ايلك كورمك *eilik görmek*, beneficium accipere; aliàs ايش كورمك *iš görmek*, rem agere, traſtare, & opus perficere. بلمك *bilmek* autem, ſcire, *pro* poſſe, ويرمك *wirmek*, dare, porrigere, & يوريمك *jürimek*, incedere, quomodo auxilientur ſignificationi Verborum, explicabitur in Conjugationibus.

Verbis compoſitis carent Turcæ, niſi, quæ hucuſque ſpecificavimus, compoſita vocare velis, quod liberum tibi relinquo.

¶ *Verbum Arabibus dicitur* فعل *fi-l*, q. *actio, partium orationis prima; volunt enim Nomina à Verbo derivari, & non è contra, ideoque ponunt pro radice omnium vocum tertiam perſonam ſingularem maſculinam præteriti temporis, tanquam primam Verbi vocem, & in qua ſolæ ſunt literæ radicales. Radix autem dicitur* اصل *asyl*, *& litera eam componentes dicuntur* اصليه *asyje*, radicales, *quibus quæ adjiciuntur ad formationem aliorum verborum aut temporum, vocantur Serviles aut Accidentales.*

Cùm autem Radix ſeu *tertia præteriti ſingularis maſculina, paucioribus quàm tribus, ut in* نصر *næſære*, adjuvit, مدّ *medde*, extendit, *& pluribus quàm quatuor, ut in* دحرج *dæhrege*, volvit, غرغر *ghærghære*, fefellit, *nequeat conſtare literis, primum vocatur* ثلاثى *sülāsī*, triliterum; *alterum* رباعي *rubā-ī*, quadriliterum.

Ex illa autem radice Verbi unius triliteri pullulant rami, ſeu *Verba derivativa certis literis characteriſticis affecta, quæ in tres claſſes dividi poſſunt, quarum prima continet formata à radice adjectione unius, ſecunda duarum, tertia trium literarum; & has ſpecies Verborum derivativorum vocant* Erpenius, Golius, Caſtellus aliique *Conjugationes, ita ut Verbi triliteri ſimplicis omnique charactere deſtituti radix dicatur illis* prima Conjugatio, *quâ ſequuntur* ſecunda, tertia, &c. derivativorum, *hoc ordine*, 1. فعل *fe-ăle, fe-ile, fe-ŭle*, 2. فعّل *fe-ăle*, 3. فاعل *fā-ăle*, 4. افعل *ef-ăle*, 5. تفعّل *tefe-ăle*, 6. تفاعل *tefā-ăle*, 7. انفعل *infe-ăle*, 8. افتعل *ifte-ăle*, 9. افعلّ *if-ălle*, 10. استفعل *iſtef-ăle*, 11. افعالّ *if-ālle*, 12. افعوعل *if-ăw-ăle*, 13. افعوّل *if-ăwwele.*

Ex horum ſingulis poſſunt educi aut formari Paſſiva, unde Verbum genere & terminatione dividitur in Activum & Paſſivum, quamvis Verba dentur, quæ ſub terminatione activa ſignificationem habeant paſſivam, ut infrà videbitur.

In prima ergo Conjugatione, ſeu *primitiva ſpecie, Verba ſignificationem habent ſimplicem & activam, quam à prima ſua origine poſſident, eamque tranſitivam, ut* كتب *ketebe*, ſcripſit, *vel intranſitivam, ut* حزن *hæzine*, triſtatus eſt; *in reliquis verò intentam,* ſeu *auctam*, vel *alio modo mutatam; etſi & in plerisque earum primitivam ſignificationem obtinere poſſint, maximè ea, quæ in prima Conjugatione ſunt inuſitata.*

Secunda autem فعّل *fe-ăle*, *& quarta* افعل *ef-ăle ex abſolutis formant tranſitiva, ut* حزّن *hæzzene*, *&* احزن *æhzene*, contriſtavit; *ex tranſitivis tranſitiva in ſecundum, ut à* ضرب *zærebe*, verberavit, ضرّب *zærræbe*, *&* اضرب *æzrebe*, verberare fecit, *ſeu* fecit ut verberetur. *Reſpondentque hæc duo Tranſitivis Turcicis ſuprà explicatis, ut à* دوكمك *dögmek*, verberare, دوكدرمك *dögdürmek*, facere verberare.

Tertia

Tertia Conjugatio, ſeu *ſpecies* فاعل *fā-âle*, *& plerumque ſexta* تفاعل *tefā-âle*, *reſpondent ſpeciei Turcicorum derivativorum, quæ Reciprocata vocamus, ſignificantque cooperationem & mutuam actionem, ut* لاعبوا *lā-âbū*, *&* تلاعبوا *telā-âbū*, Turc. اويناشديلر *ojnaštiler*, colluſerunt.

Quinta تفعّل *tefe-âle*, *ſeptima* انفعل *infe-âle*, *& octava* افتعل *ifte-âle formant abſoluta & paſſiva: quinta quidem & ſeptima à ſecunda, ut* علّمته وهو تعلّم *âllemtuhu we hüwe te-âlleme*, docui eum, & ipſe doctus fuit, *ſeu* ôidicit, كسرت الاناء فانكسر *keſſertül inãe fenkeſere*, fregi vas & fractum eſt, *id eſt*, ſivit ſe frangi nec reſtitit meæ actioni; *octava verò à prima, ut* قصرت ذالك فاقتصر *kaſartü zāliKe fektaſare*, abbreviavi hoc & abbreviatum eſt.

Nona افعلّ *if-âlle*, *& undecima* افعالّ *if-âlle formant abſoluta colorum cum intenſione, mediocri quidem prior, vehementiori verò poſterior ut* اصفرّ *ysferre*, valde flavus fuit, اصفارّ *ysfârre*, multò flaviſſimus fuit: *& deformitatum verba, ut* اضجمّ *yzĝemme*, *&* اضجامّ *ysĝāmme*, ore diſtorto fuit.

Decima استفعل *iſtef-âle petitionem deſignat, ut* استغفر *iſteghfere*, veniam delicti petiit, *à* غفر *ghæfere*, remiſit, استطعم *iſtæt-âme*, cibum petiit, eſurivit, *à* طعم *tæ-âme*, edit, guſtavit, *& hæc ſæpe reſpondent noſtris Meditativis.*

Duæ ultimæ, quæ rariſſimæ ſunt, ſignificationem intendunt, ut اخشوشن *ychšewšene*, valde aſper fuit, *à* خشن *chæšune*, aſper fuit, اعلوّط *ylewwætæ*, fortiter adhæſit, *ab* علط *âlætæ*, adhæſit.

Non rarò tamen conjugationes derivativæ, maximè quarta, quinta, octava, & decima aliter accipiuntur, quod uſu diſcendum, & ex dictionariis: ſicut & in quibus conjugationibus quodque verbum uſitatum ſit: non enim quælibet radix in qualibet conjugatione occurrit. Multæ, ut apud Hebræos, in una ſolùm conjugatione uſurpantur; multæ in pluribus; nulla in omnibus.

Quadrilitera autem verba quatuor ſolùm agnoſcunt conjugationes, quarum prima primæ, ſecunda quintæ, tertia ſeptimæ, quarta nonæ triliterorum reſpondet, ſuntque 1. فعلل *fæ-lele*, 2. تفعلل *tefæ-lele*, 3. افعنلل *if-ânlele*, 4. افعللّ *if-âlelle*, *ut* درج *derbæhæ*, inclinavit caput, ترهوك *terehwekE*, ſuperbivit, احرنجم *yhrenĝeme*, tumultuatus fuit, اقشعرّ *ykše-ârre*, horripilavit.

Malim ego quoque cum Erpenio & nonnullis Arabum Grammaticis ad tertiam افعنلل *if-ânlele reducere* افعنسس *if-ânſeſe*, pectus egrediens habuit, *&* اسلنقي *islenkā*, pronus cubuit, *quàm cum aliis eorum causâ particulares triliterorum conſtituere conjugationes.*

Verba Perſis à genere ſunt Tranſitiva ſeu Activa, ut ديدن *dīden*, videre, vel Intranſitiva ſeu neutra, ut مردن *mürden*, mori, vel Paſſiva, ut كرديدن *kerdīden*, fieri, شدن *šuden*, fieri, eſſe, vel Communia id eſt Activa ſimul & Paſſiva, ut خستن *chæſten*, vulnerare & vulnerari, آمادن *āmāden vel* آمودن *āmūden*, parare & parari, كشادن *küšāden*, aperire & aperiri, نمودن *numūden*, oſtendere & apparere, آموختن *āmūchten*, docere & diſcere, آميختن *āmȳchten*, miſcere & miſceri, &c. Eodem tamen modo in utraque ſignificatione conjugantur.

Derivativa habent multa & varia. Ab Imperativo fiunt multa Infinitivum facientia in يدن *īden* ejuſdem ſignificationis cum primitivis, ut ab آميختن *āmȳchten*, miſcere, Imperat. آميز *āmīz*, miſce, fit آميزيدن *āmīzīden*, miſcere. Sic ab آموختن *āmūchten*, diſcere *vel* docere, Imper. آموز *āmūz*, diſce, آموزيدن *āmūzīden*, diſcere *vel* docere, à جستن *ĝeſten*, ſaltare, جه *ĝeh*, ſalta, جهيدن *ĝehīden*, ſaltare, ab آمدن *āmeden*, venire, آي *āj*, veni, آييدن *ājīden*, venire, & alia, quæ adfert *Ludovicus de Dieu* in ſuis Rudimentis linguæ Turcicæ. Sed ego potiùs dicerem, Verba hæc & hujuſmodi eſſe duplicis terminationis idem ſignificantia; immò illa prima potiùs carere Imperativo, *ſeu*, ut vult *idem de Dieu*, Aoriſto proprio, adeoque eum mutuari à Verbo ſecundæ terminationis, quod *de Dieu* vocat Derivativum. Sic etiam me docet سودي *Sūdī* exactiſſimus linguæ Perſicæ Grammaticus & Commentator præcipuorum ejuſdem Linguæ librorum, qui, *v. g*, abſtractum آسايش *āsājiš*, quies, *ſeu* ipſum quieſcere, derivari vult & docet, non ab آسودن *āsūden*, quieſcere, ut شمعي *šem-ȳ* Commentarius & ipſe librorum Perſicorum; aliique nonnulli, & præcitatus *de Dieu* docent, ſed ab آساييدن *āsājīden*, quieſcere,

ſcere, Verbo ſecundæ terminationis minimè, ut patet, derivativo. Quod mihi magis confirmat exemplo داري *dari*, habes, tenes, quod non à داشتن *dāsten*, habere, ut ſupradicti volunt, ſed à داريدن *dariden*, habere, derivari aſſerit.

Ab his autem Verbis, *ſeu* Infinitivis eorum in يدن *īden* deſinentibus derivantur alia in آنيدن *ānīden* deſinentia. Atque hæc, ſi ex intranſitivis deriventur, ſunt tranſitiva; ſi à tranſitivis, fiunt dupliciter tranſitiva, *ſeu* tranſitiva in ſecundum, noſtris Turcicis tranſitivis reſpondentia, ut à تابيدن *tābīden*, ſplendere, تابانيدن *tābānīden*, facere ſplendere, à چريدن *ćerīden*, paſci, چرانيدن *ćerānīden*, paſcere, à جنبيدن *giunbīden*, moveri, جبانيدن *giünbānīden*, movere, ab افتيدن *üftīden*, vel uſit. افتادن *üftāden*, cadere, افتانيدن *üftānīden*, facere cadere, proſternere, آموزيدن *āmūzīden*, diſcere, آموزانيدن *āmūzānīden*, docere, آييدن *ājīden*, venire, آيانيدن *ājānīden*, facere venire. Sic à پوشيدن *pūsīden*, induere, پوشاييدن *pūsānīden*, facere induere, چشيدن *ćesīden*, guſtare, چشانيدن *ćesānīden*, guſtandum dare, quod diceret Turca طاتمق *tatmak*, guſtare, طاتدرمق *tattürmak*, guſtandum dare.

Habent præterea, ut Turcæ, multa Verba auxiliaria actionibus ſervientia, ut Verbum ſubſtantivum بودن *būden*, eſſe, de quo infrà, كردن *kerden*, facere, *&* *civilius* فرمودن *fermūden*, imperare, facere, آوردن *āwerden*, adferre, portare, ut etiam in Turcicis كتورمك *geturmek*, ut ياد آوردن *jād āwerden*, recordari, داشتن *dāsten*, habere, *pro* Turcico طوتمق *tutmak*, ut دوست داشتن *doſt dāsten*, amare, *ſeu* pro amico habere, ut Turcis دوست طوتمق *doſt tutmak*, *Idem.* ساختن *sāchten*, facere, ut روشن ساختن *rūsen sāchten*, illuminare, clarum aut luminoſum reddere, خوردن *chorden*, edere, *&* pati, ut بازي خوردن *bazi chorden*, fallere, غم خوردن *ghæm chorden*, mœrore affici, تيمارخوردن *tīmār chorden*, curare, برهم خوردن *berhem chorden*, expaveſcere, سوكند خوردن *ſewkend chorden*, jurare, حيف خوردن *hæjf chorden*, indignari, injuſtitiam pati. Hinc & Participia سال خورده *sāl chorde*, *q.* qui multos devoravit annos, annoſus, تاب خورده *tāb chorde*, dolore affectus. زدن *zeden*, verberare, *pro Turc.* چالمق *ćalmak*, ut بانك زدن *bānk zeden*, vocem edere, clamare, جاروب زدن *giārūb zeden*, verrere, حرف زدن *hærf zeden*, loqui. بردن *bürden*, ferre, ut حسد بردن *hæſed bürden*, invidere, *Gall.* porter envie, envier, اعتقاد بردن *yetikād bürden*, fidem præſtare, credere, فرمان بردن *fermān bürden*, obedire, *q.* ferre & exequi imperium. نمودن *nümūden*, oſtendere, ut التفات نمودن *iltifāt nümūden*, æſtimationem commonſtrare, ut *Turc.* التفات كوسترمك *iltifāt göſtermek*.

Alia auxiliaria paſſionibus ſervientia ſunt شدن *sūden*, fieri, reſpondens Turcico اولمق *olmak*, fieri & eſſe, quod Paſſivum format ſubjunctum participio præterito aut paſſivo cujuſque verbi Activi, ut خوانده شدن *chānde vel chūnde sūden*, legi; aut nomini Adjectivo, ut شرمسار شدن *sermesār sūden*, pudefieri, زمين بخش شد *zemīn bæchs sūd*, terra diviſa eſt, *quaſi* facta eſt diviſio, ſic كرديدن *gerdīden*, fieri, ut پركرديدند *pür gerdīdend*, impleti ſunt غمناك كرديد *ghæmnāk gerdīd*, contriſtatus eſt, *ſeu* factus eſt triſtis, تا شناخته كردد *tā sinā́chte gerded*, ut agnoſceretur. *Item* كشتن *gesten*, fieri, ut نمودار كشتن *nümūdār gesten*, manifeſtari, مدهوش كشتن *medhūs gesten*, percelli, پوشيده كشتن *pūsīde gesten*, obtegi, obvelari, ناپديد كشتن *nāpedīd gesten*, diſparere. يافتن *jāften*, invenire, ut قرار يافتن *kærār jāften*, conſiſtentiam invenire, confirmari, ſtabiliri, ſtatui, concludi, planè ut Turcicum قرار بولمق *kærār bulmak*. Sic پرورش يافتن *perweris jāften*, educationem invenire, educari. كرفتن *giriften*, capere, ut قرار كرفتن *kærār giriften*, *i. q.* قرار يافتن *kærār iāften*, aut Turc. قرار طوتمق *kærār tutmak*, ſtabiliri, confirmari. آمدن *āmeden*, ut پديد آمدن *pedīd āmeden* manifeſtari, بوجود آمدن *be wügiūd āmeden*, in lucem venire, prodire, ut Turc. وجوده كلمك *wügiūde gelmek*. ديدن *dīden*, videre, agnoſcere, recipere, ut رعايت ديدن *ry-ājet dīden*, recipere honorem, honorari, unde participium, احسان ديده *yhsān dīde*, beneficio affectus.

Compoſita habent quædam ex præpoſitionibus, quæ multis etiam verbis præponuntur ſolummodo ornatûs gratiâ, ut در *der*, quæ uti ſignificat *in*, eandem ſæpe ſignificationem verbo adfert, ut درآمدن *der āmeden*, *&* درشدن *der sūden*, intrare, دركردن *der kerden*, intrò impellere, درآوردن *der āwurden*, intrò portare, inferre, درخواستن *der chāſten*, poſtulare, velle, *i. q.* ſimplex خواستن *chāſten*, دريافتن *derjāften*, invenire, conſequi,

qui, & intelligere, mente aſſequi, ut يافتن *iāften*, invenire, conſequi. Sic بر *ber* ſignificans *ſupra* verbo ſæpe dat talem ſignificationem, ut برآمدن *ber āmeden*, aſcendere, برکردن *ber kerden*, attollere, auferre, برانکیزانیدن *ber engîzānîden*, erigere, excitare. Interdum valet noſtrum *re* in compoſitione, ut برکردیدن *ber gerdîden*, reverti, ſic بر کشتن *ber geſten*, retrocedere, recedere, reverti. Interdum ornatûs gratiâ præponitur, ut برکزیدن *ber güzîden*, eligere, برآسودن *ber āsûden*, quieſcere, برآشفتن *ber āſüften*, conturbari, indignari, برانداختن *ber endāchten*, evellere, tollere, برنشستن *ber niſeſten*, conſidere, & ſimilia, quæ etiam ſine بر *ber* idem ferè ſignificant. باز *bāz* propriè ſignificat *rurſus, retro*, & in compoſitione vim etiam averſionis habere videtur, ut بازداشتن *bāz dāſten*, retrahere, cohibere, impedire, *q.* retro habere, بازگرفتن *bāz girifſten*, celare, *q.* retro capere, بازاستادن *bāz iſtāden*, ceſſare, abſtinere, *q.* retro ſtare, بازآمدن *bāz āmeden*, reverti, rurſus venire. Dicitur & سرآمدن *ſer āmeden*, advenire, سردادن *ſer dāden*, relegare, وانمودن *wānümûden*, declarare, oſtendere, *ferè ut* نمودن *nümûden*, وابس کردن *wābes kerden* & بس کردن *bes kerden*, ſatisfacere, ſolvere, *quaſi* ſufficiens facere.

CAPUT SECUNDUM

De modis, temporibus, perſonis, numeris & conjugationibus Verborum in genere.

MOdos & Tempora Verborum Turcicorum exhibebo totidem, quot nos habemus in Grammaticis Latinis, nimirum Indicativum, Imperativum (in quo Permiſſivus) Optativum, Subjunctivum *ſeu* Conditionalem (cum quibus Potentialis coincidit) & Infinitivum. Tempora quoque Præſens, Præteritum, Imperfectum, Perfectum, Pluſquam perfectum, & Futurum. Addam autem particulares loquendi modos, quibus Turcæ utuntur ad exprimendas actiones, quas per alios Modos exprimere ſolemus, & hoc fiet in Paradigmate Verbi سومك *ſeumek*, amare, quod in ſeorſivo Capite inferiùs exhibebimus, ubi etiam explicabitur formatio ſingulorum Temporum.

Numeri, ut in Nominibus, ita & in Verbis ſunt tantùm duo, Singularis, & Pluralis. Perſonæ autem tres, ut in Latinis, prima, ſecunda, tertia, abſque ulla ſexûs aut generis diſtinctione.

Conjugationes ſtatuo duas, licet modicè inter ſe differentes, Verborum nempe Infinitivum in مك *mek* habentium pro prima, eorum autem, quorum Infinitivus exit in مق *mak*, pro ſecunda; quarum diſcrepantia ex Paradigmatibus patebit. Nec præter has duas in مك *mek*, & مق *mak* datur alia Infinitivi terminatio.

Quoniam verò Verbum ſubſtantivum اولمق *olmak*, eſſe, *ſeu* Defectivum ايم *im*, ſum, auxiliare eſt ad varia omnium Verborum tempora formanda, ante reliquorum Verborum conjugationes proponam ejus Paradigma tanquam anomali, ſicut ob eaſdem ferè rationes faciam in aliis linguis Arabica & Perſica.

¶ *Arabes Modos & Tempora ſimul confundunt, & conjugationem in quinque tantùm partes aut capita dividunt, in Tempus præteritum, quod vocant* ماضي *māżÿ; in Futurum* مضارع *müzāryʿ dictum, quod tamen includit etiam tempus præſens ad diſtinctionem præſentis* حال *hāl* vel حاضر *hāzyr dictum, & ut Futurum dicitur etiam* مستقبل *muſtækbil; in Imperativum, in Infinitivum, & in Participium.*

Præteritum reſpondet quidem noſtro Præterito perfecto Indicativi modi, ut نصر *naſere*, adjuvit; *ſed Verbum ſubſtantivum* كان *kāne*, fuit, *itemque particula* لو *lew*, ſi, ان *in*, ſi, اذا *izā*, *cùm ei præpoſitæ hanc ſignificationem ſolent immutare.*

كان *kāne enim ſic in Præterito poſitum importat ſignificationem Præteriti pluſquamperfecti Indicativi, ut* كان ضرب *kāne zarebe*, verberaverat, *q. dicas* fuit verberavit; *planè ut Poloni exprimunt ſuum Præteritum pluſquam perfectum addito* był / fuit, bił był / verberaverat. *Sic* كانوا قالوا *kānû kālû*, dixerant, mowili byli / كان قد امسك *kāne kad emſeke*, jam prehenderat, Juž go był vchwycił.

لو *lew*, ſi, *id vertit in Subjunctivi*, vel *Optativi, quod idem eſt, Præteritum imperfectum*

ctum cum Præſenti conjunctùm, aut Pluſquam perfectum cum Perfecto confuſum, & quod ſequitur præteritum eodem tempore exprimendum eſt, habetque ل *le in capite præfixum, ut* لو علمت هذا لنصحتك *lew âlmtü hâzā le naſæhtüke*, ſi ſcirem hoc, monerem te, *vel* ſi ſciviſſem hoc, monuiſſem te. *Sed ſi ſecunda enuntiationis pars neganda eſt, uſurpatur Futurum cum* لم *lem (quod id in Præteritum vertit, ut pòſt dicetur) nec* ل *le ullum adſciſcitur, ut* لوكنت هاهنا لم يمت اخي *lew künte hâhünā, lem jemut æchy.* Si fuiſſes hîc, non mortuus eſſet frater meus.

ان *in*, ſi, *id vertit in Subjunctivi Futurum, cùm aliud Præteritum (aut hujus loco Futurum converſum) ei ſubjungitur: quo caſu ſecundum vertendum eſt per Futurum Indicativi, ut* ان قلتم لي اقل لكم *in kultum li ekul lekum*, ſi dicatis mihi, dicam vobis, ان ما قلتم لي لم اقل لكم *in mā kültüm li lem ekül lekum*, ſi non dicatis mihi, non dicam vobis; *quod etiam ſignificare poteſt*, ſi dixiſtis mihi, dixi vobis, & ſi non dixiſtis mihi, non dixi vobis. *Vel id vertit in Subjunctivi aut Indicativi Præſens, ſi aliud Præteritum non ſubjungitur, ut* ان كنت ابن الله فقل *in küntebnu-llâhi fe kul*, ſi es filius Dei, dic, &c.

اذا *izā*, & اذ *iz*, cùm, *id ſæpe vertit in Subjunctivi Futuro-Præteritum in ro, ut* اذا كتبت ذلك احمدك *izā ketebte zālike æhmedüke*, cùm id ſcripſeris, laudabo te.

Immutatur & in aliis caſibus ſignificatio hujus præteriti, quæ uſus docebit & lectio aliarum Grammaticarum id ex profeſſo tractantium.

Futurum, ſeu المضارع *el müzary-ü complectitur Indicativi noſtri Præſens & Futurum; quomodo autem exponendum ſit, contextus ut plurimùm indicat. Reſtringitur tamen non rarò ad Futurum noſtrum, præfixâ literâ* س *ſe, aut præmiſſâ voculâ* سوف *ſewfe*, vel *hujus loco* سو *ſew*, سي *ſej*, سف *ſef, ut* ينصر *jænſurü*, adjuvat, *vel* adjuvabit; *at* سينصر *ſejenſurü*, & سوف ينصر *ſewfe jænſurü*, vel سوينصر *ſew jænſurü*, adjuvabit, *tantùm. Sic cum particula* لن *len*, nequaquam, *Futurum quoque ſignificat, ut* لن ينصر *len jænſure*, nequaquam adjuvabit; *& ut plurimùm etiam cum* لا *lā*, non, *ut* لايضرب *lā jæzribü*, non verberabit. *Sicuti cum* ما *mā*, non, *frequentiùs Præſens, ut* ما اعلم *mā ælemü*, non ſcio; *cum* ليس *lejſe*, non, *utrumque.*

At præmiſſo لم *lem*, non, & لما *lemmā*, nondum, *Præteriti notionem induit, ut* لم يضرب *lem jæzryb*, non verberavit, لما يخرج *lemmā jæchrüj*, nondum egreſſus eſt.

Præpoſito autem Præterito Verbi ſubſtantivi كان *kāne, exprimit Imperfectum Indicativi, ut* كان يجلس *kāne jeglisü*, ſedebat, *niſi præcedat* لو *lew*, ſi; *tunc enim Optativi Præſentis ſeu Imperfecti loco venit, ut & quod ei reſpondet Futurum, cui Verbum ſubſtantivum* ل *præfixum habens præponitur, ut* لوكنت تعرفه لكنت تحبه *lew künte tæ-rifühu lekünte tæhybbühu*, ſi noſceres eum, amares eum.

Cum particula ان *en*, ut, *& aliis idem ſignificantibus, per Subjunctivum exponitur, ut* اريد ان تكتب *ürīdü en tektube*, volo, ut ſcribas.

Imperativus reſpondet noſtro Imperativo, ſed uſurpatur ſolùm in præceptis affirmativis, deprecationibus, & hortationibus: nam præcepta negativa, deprecationes, & dehortationes per Futurum præpoſito لا *lā*, ne, *concipiuntur, ut* اضرب *yzryb*, verbera, لاتضرب *lā tazryb*, ne verbera.

Infinitivus, ut in Paradigmate traditur, non æquipollet noſtro, ſed Hebræorum abſoluto: adjungitur enim ſolùm Verbo ſuo ſignificationis augendæ gratiâ, & per Gerundium in do *verti utcunque poteſt, ut* قتله قتلا *kætelehu kætlen*, occidendo occidit eum. *Eſt ergo hic Infinitivus* قتلا *kætlen Accuſativus nominis* قتل *kætlün, quod merè eſt nomen actionis Verbi, aliorumque nominum inſtar declinabile, regit autem caſum ſui Verbi æquè ac ſi eſſet ipſum Verbum.*

Participium noſtro reſpondet, ut ضارب *zāribün*, verberans, مضروب *mæzrūbün*, verberatus. *At quia omiſſione temporis ſæpe fit Nomen, Futurum non rarò pro eo uſurpatur.*

Numeri in tempore tres ſunt, Singularis, Dualis, Pluralis.

In numero tres Perſonæ, quarum primâ deſtituitur Dualis. In Perſona autem duplex genus, Maſculinum & Fœmininum, quorum quodque ſuam habet terminationem, ſed in Singulari & Plurali prima, in Duali ſecunda communis ſunt generis.

Circa conjugationes verborum Arabicorum jam ſuperiùs dixi juxta ſenſum Erpenii

dari

dari tredecim verborum triliterorum ſeu tres tantùm in radice literas habentium, quatuor autem verborum quadrilſterorum, ſeu quatuor in radice literas habentium.

Primam triliteri conjugationem nudam & ſimplicem reliquæ per omnia ferè ſequuntur, paucis exceptis, dequibus ſuo loco.

Cùm autem ratione vocalis ſecundæ radicalis prima etiam conjugatio ſex modis variare poſſit futurum ſuum, ideo ex hac prima noſtra conjugatione ſex confecit Guadagnoli, *cui non refragamur quidem, ſed brevitati ſtudentes in uno eodemque paradigmate primæ noſtræ conjugationis malumus cum Erpenio rem totam compendio abſolvere.*

Perſæ ſequuntur Arabes in diviſione ſuorum modorum ac temporum, nempe in Præteritum, in Futurum, (quod non abs re Aoriſtum vocat *Lud. de Dieu*) in Imperativum, in Infinitivum, & in Participium. Supplentur autem reliqua tempora & modi per adjectionem particularum aut literarum capiti temporis intenti, ut in paradigmatibus explicabimus.

Numerus duplex, Singularis & Pluralis; Duali enim omnino carent Perſæ.

Perſonæ tres, in quibus nulla ſexûs aut generis ratio.

Conjugationes poſſunt ſtatui duæ. Cùm enim Infinitivus verbi cujuſque exeat in دن *den*, ut دادن *dāden*, dare, vel in تن *ten*, ut داشتن *dāsten* habere: quantùmvis in formatione temporum admodum nihil differant: duo eorum dabimus paradigmata, præmiſsâ tamen, ut jàm innuimus, conjugatione verbi ſubſtantivi بودن *būden*, eſſe, ſeu ام *em*, ſum.

CAPUT TERTIUM

De conjugatione verbi ſubſtantivi اولمق *olmak*, eſſe, & fieri, *ejuſque negativi* اولمامق *olmamak*, non eſſe, non fieri.

HOc verbum اولمق *olmak*, quando ſignificat *fieri*, werden / conjugatur regulariter; ſed cum adhibetur ſubſtantivè, & ſignificat *eſſe*, ſein/ eſt anomalum, & ſic conjugatur

Indicativi Præſens.

Sing. ايم *im*, ام *em & im*, *rariùs* يم *im*, م *em & im etiam üm*, اين *vel* ين *in*, ſum.
سن *vel rariùs* سين *ſin*, es.
در *vel rariùs* دور *dür*, eſt.
Plur. ايز *vel* از *vel* يز *vel* ز *iz*, *& rariùs* وز *üz*, ſumus.
سز *vel rariùs* سيز *ſiz*, *&* سكز *ſyn-yz*, eſtis.
درلر *dürler*, *vel* در *dür*, ſunt.

ايم *im*, & ام *em*, *vel im*, ſum, ut & ايز *vel* از *yz*, ſumus poſtponuntur abſolutè & disjunctim; conjunctim autem affiguntur م *em vel im aut üm*, & quod rariùs ſcribitur يم *im*, ſum; ſic ز *yz vel rariùs üz*, & يز *iz*, ſumus, ut كوزلم *güzelem*, *vel güzelim*, *vel rariùs güzelüm*, pulcher ſum, quod, ſi vis, etiam ſeparatim dices كوزل ايم *güzel im*, & ſic in aliis perſonis كوزلسن *vel* كوزل سين *güzel ſyn*, pulcher es, & كوزلدر, كوزل در *güzel dür*, pulcher eſt, vel ſine در *dür* كوزل *güzel*, pulcher eſt; در *dür*, enim ſæpe ſupprimitur, ut non rarò in Latinis, & ferè ſemper in Polonicis, Hungaricis, & maximè Arabicis. In Plurali ſimiliter كوزلز *vel* كوزل ايز *güzelyz*, pulchri ſumus, كوزلسز *vel* كوزل سز *güzel ſyz*, pulchri eſtis, كوزللردر *vel* كوزللر *güzeller*, *vel* كوزل *güzel*, pulchri ſunt. Idem omnino habent Poloni, ut pięknym / pulcher ſum, pięknyś / pulcher es, piękny / pulcher eſt, *Plur.* pięknijmy / pulchri ſumus, piękniśćie / pulchri eſtis, piękni / pulchri ſunt; affixo nimirum pro prima perſona ſingulari m / pro ſecunda ś / pro prima plurali ſmy / pro ſecunda śćie / & ſuppreſſo aut ſubintellecto in tertia perſona verbo ſubſtantivo nempe ieſt / eſt, & ſą / ſunt.

ipſum ; & quia hujuſmodi Verba Italis & Gallis dicuntur Reciproca, quæ nimirum *ſi*, vel *ſe* habent ſibi ſemper adjuncta: nobis quoque liceat ea Reciproca Perſonalia, aut Deponentia vocare (habent enim terminationem quodammodo paſſivam) Et hæc duo Reciprocatum, & Reciprocum *ſeu* Deponens generant quoque paſſiva, & tranſitiva in ſecundum. Dicitur enim سوشلمك *ſewiſilmek*, amari mutuò, dari amorem mutuum, & سوشدرمك *ſewiſtürmek*, facere ſe amare mutuò, facere, ut ſe coament. Sic اوكندرمك *ögündürmek*, facere, ut ſe quis laudet, aut jactet, كيندرمك *geindürmek*, facere, ut quis ſe veſtiat, *farſi veſtire*, *&c.* Præterea hæc omnia & ſingula, immò quotquot ſunt in tota lingua Turcica Verba habent ſua Negativa, ut. سوممك *ſewmemek*, non amare, سولممك *ſewilmemek*, non amari, سودرممك *ſewdärmemek*, non facere amare, &c. Et tandem ab his Negativis fiunt verba potentialia Negativa ſeu Impoſſibilia (potentialia enim affirmativa non habent ſeparata, ut Hungari) Sic à سوممك *ſewmemek*, non amare, fit سوممك vel سوهممك *ſewememek*, non poſſe amare, & سولهممك *ſewilememek*, non poſſe amari, Doctiores tamen ſæpe ſcribunt سويممك *ſewimemek*, pro *ſewememek*, non poſſe amare. Ex quibus poteſt confici hæc tabula.

Tabula verborum derivativorum Turcicorum.

1. Activum سومك *ſewmek*, amare.
   Cujus Negativum سوممك *ſewmemek*, non amare; *Impoſſibile* سوهممك *ſewememek*, non poſſe amare.

2. Paſſivum سولمك *ſewilmek*, amari.
   Cujus Negativum سولممك *ſewilmemek*, non amari; *Impoſſibile* سولهممك *ſewilememek*, non poſſe amari: *unde etiam oritur Tranſitivum* سولدرمك *ſewildürmek*, facere amari, facere ut quis ametur.

3. Tranſitivum in ſecundum سودرمك *ſewdürmek*, facere amare, facere ut quis amet.
   Cujus Negativum eſt سودرممك *ſewdürmemek*, non facere amare, *Impoſſibile* سودرهممك *ſewdürememek*, non poſſe facere amare, non poſſe facere ut quis amet. *Ex hoc etiam fit paſſivum* سودرلمك *ſewdürilmek*, effici, ut quis amet; *& hoc pariter habet ſuum Negativum* سودرلممك *ſewdärilmemek*, non effici ut quis amet, *& Impoſſibile*, سودرلهممك *ſewdürilememek*, non poſſe fieri ut quis amet. *Rara tamen ſunt hujuſmodi ſecundaria derivatorum derivativa.*

4. Reciprocatum aut cooperativum سوشمك *ſewiſmek*, amare ſe invicem, aut mutuò.
   Cujus Negativum سوشممك *ſewiſmemek*, *Impoſſibile* سوشهممك *ſewiſememek*, non poſſe mutuò ſe amare, *& ab hoc fit paſſivum* سوشلمك *ſewiſilmek*, amari mutuò, *cum ſuo Negativo & Impoſſibili. Rarſus fit Tranſitivum* سوشدرمك *ſewiſtürmek*, facere ſe mutuò amare, ſeu ut ſe mutuò ament, *& hoc habet ſuum Negativum* سوشدرممك *ſewiſtürmemek*, *ac Impoſſibile* سوشدرهممك *ſewiſtürememek*, *& præterea Paſſivum* سوشدرلمك *ſewiſtürilmek*, *cum ſuo pariter Negativo & Impoſſibili.*

5. Reciprocum *ſeu* Deponens سونمك *ſewinmek*, amare ſe ipſum.
   Cujus Negativum سونممك *ſewinmemek*, non amare ſe ipſum, *Impoſſibile* سونهممك *ſewinememek*, non poſſe amare ſe ipſum, *& ab hoc fit Paſſivum* سونلمك *ſewinilmek*, q. dari amorem ſui, *ſed rarum. At frequens eſt Tranſitivum* سوندرمك *ſewindürmek*, facere amare ſe ipſum, *ſeu* ut quis ſe ipſum amet, *à quo pariter alia derivativa ut in præcedenti.*

Non tamen hæc derivativa omnia à verbo quolibet derivantur; ut in hac tabella سونمك *ſewinmek* admodum raro ſumitur in illa ſignificatione, *amare ſe*, quin etiam potiùs ſignificat *gaudere*, *lætari*. Sic non dicitur كيشمك *geiſmek*, veſtire ſe invicem, in quo uſum conſule.

Quædam etiam Neutra, & alia Activa Paſſivum in نمك *inmek* habentia, non faciunt illa reciproca perſonalia *ſeu* deponentia. Nam non dicitur, *v. g.* كيدنمك *gidinmek*; ſed bene fit paſſivum imperſonale كيدلمك *gidilmek*, iri, itur, ibatur, &c. ut in Latinis. Sic ايتمك *itmek*, facere, non habet ferè niſi Tranſitivum ايتدرمك *ittärmek*, jubere fieri, *far fare*,

ſare, & rariùs ايدشمك *idiſmek*, facere inter ſe *vel* invicem. Pro paſſivo, quo caret, dicitur اولنمق *olunmak*, fieri; & licèt ايدنمك *idinmek* formam habeat Reciproci, eſt tamen potius Activum & ſignificat *efficere*, *creare*; اولمق *olmak* quoque *eſſe*, ut verbum ſubſtantivum non habet præter negativa, nam اولنمق *olunmak*, ut dixi, ſignificat *fieri*.

Quomodo autem formentur dicta Derivativa à ſuo Primitivo, poſt conjugationem Verborum edocebo.

Præter hæc Derivativa à Verbo Primario habent etiam nonnulla à Nomine derivata in لمك *lemek* Activo-neutra, aut لنمك *lenmek* Neutro-paſſiva, ut à كيجه *gige*, nox, كيجهلمك *gigelemek*, pernoctare, ab ات *at*, equus, اتلنمق *atlanmak*, equitare, equum conſcendere, ab ار *vel* اير *ir*, cantio, cantus, ارلمق *vel* ارلامق & ايرلمق ايرلامق *irlamak*, cantare. Sic à كومش *kumiś*, argentum, كومشلمك *gumiślemek*, deargentare, ab التون *altun*, aurum, التونلمق *altünlamak*, quod & يالدزلمق *ialdyzlamak*, deaurare, à قورشن *kurśun*, plumbum, قورشنلمق *kurśunlamak*, plumbare, à شبهه *śübbe*, dubium, شبههلنمك *śubbelenmek*, dubitare, ſuſpicari, à موم *mum*, cera, مومقلق *mumlamak*, incerare, ab اير *ejer*, ephippium, ايرلمك *ejerlemek*, ephippio ornare, inſternere, *q.* ephippiare, à باش *baś*, caput, initium, باشلمق *baślamak*, incipere, à مهر *mühr*, ſigillum, مهرلمك *mühürlemek*, ſigillo munire, obſignare, à قوجق *kuğiak*, gremium, ulna, قوجقلمق *kuğiaklamak*, & قوجمق *kuğmak*, in gremio fovere, amplecti.

Inchoativa noſtra latina reddunt aliquando per اولمق *olmak*, ut اخشام اوليور *achśam olyjür*, adveſperaſcit, ſic اوليور *olyjür*, incipit eſſe aut fieri, & matureſcit, *ſi và facendo*, *ò maturando*, aut per propria à nomine derivata, ut ab اختيار *ychtyjär*, ſenex, اختيارلنمق *ychtijarlanmak*, ſeneſcere, à زنكين *zengin*, dives, زنكينلنمك *zenginlenmek*, diteſcere. Aliàs circumſcribunt ea per باشلمق *baślamak* incipere, cum dativo Infinitivi, ut اسنمغه باشليور *iſſynmagha baślajür*, *vel uſit.* باشلدي *baślady*, caleſcit, ſeu calere cœpit, &c.

Frequentativa etiam circumſcribunt per كلمك *gelmek*, venire & ſolere, præpoſito verbi gerundio in ي *i vel a*, ut اولي كلمك *oly vel ola gelmek* ſolere, ſolitum eſſe, conſueſcere; aliàs nonnunquam per præſentia in يورم *jürüm*, aut يوريورم *jürijürüm*, ut اوريورم *urijürüm*, pulſo. Dicunt etiam واروب كلمك *warüp gelmek*, frequentare, *q.* ire & venire.

Meditativa variè circumſcribunt, *v.g.* قرنم اجدر *karnüm actür*, vel قرنم اجقدي *karnum ağikty*, vel ſimpliciter اجايم *acim*, vel اشتهام واردر *iſtihām wārdür*, aut, ut vulgus اشتاهم واردر *istāhum war dur*, eſurio, *q.* venter meus eſt famelicus, appetitum habeo, &c. صوسدم *ſuſadüm*, & صوسزايم *ſuſyzim*, ſitio, اويقوم وار *ujukum war*, dormiturio, es ſchläffert mich / *Hò ſonno*, i'ay ſommeil, ſpácmi ſie chce. Aliquando per futurum verbi, ut ايشجكم واردر *iśegegüm war dür*, *vel uſit.* ايشجكم كلدي *iśegegüm geldy*, micturio, *Gall.* i'ay enuie ou beſoin de piſſer. Aliàs ſæpe id reddunt per كوكلم استر اني بوني ايتمكه *gön-lüm iſter ani buni itmege*, *q.* Animum habeo hoc vel illud faciendi, *ſeu de verbo ad verbum*, cor meum cupit hoc aut illud facere, *Hò voglia*, *mi vien voglia di..* *Gal.* I'ay envie de.. *Pol.* Chce mi ſie / albo záchćiało mi ſie to a to czynić / &c.

Adde multa auxiliaria, quibus utuntur ad ſupplenda aut formanda tempora, ut eſt præcipuè verbum ſubſtantivum, cujus infrà conjugationem habebis, vel certè ad utendum nominibus actionum ſeu Infinitivis Arabicis, ut ſunt ايتمك *itmek*, ايلمك *ejlemek*, قلمق *kylmak*, facere, præſtare, & civiliùs ad Superiores loquendo in eadem tamen ſignificatione, بيورمق *bujurmak*, imperare, facere, *v.g.* رعايت ايتمك ايلمك قلمق بيورمق *ry-äjet itmek*, *ejlemek*, *kylmak*, *bujurmak*, obſervare, honorare, *q.* honorationem præſtare, ſic تشريف بيورك *teśrif bujurün*, honorate, condecorate, nobilitate, beate, *q.* condecorationem præſtate, *quod ſæpe etiam ſignificat* Viſitate me, *ſi compiaccia di*, &c. Horum autem paſſivum ut plurimùm eſt اولنمق *olunmak*, قلنمق *kylynmak*, بيورلمق *bujurylmak*, fieri, aut ſi nomina ſunt adjectiva, aut certè participia, quibus hæc verba adduntur, paſſivum erit اولمق *olmak*, ut حاضر ايتمك *häzyr etmek*, parare ſeu paratum reddere, *Paſſ.* حاضر اولمق *häzyr olmak*, parari, paratum eſſe & fieri. Et quidem ſæpe tertia perſona paſſivi uſitatiſſimè ponitur loco cujuſuis perſonæ activi, præſertim in libris & Literis, ut سوال اولنورسه *süäl olunurſa*, ſi quæratur, ſi fiat interrogatio, *pro* ſi tu, vel, ut loquimur, Dominatio tua Illuſtriſſima quærat aut interroget, &c.

Alia auxiliaria ſunt اولمق *olmak*, eſſe, & fieri, quod addunt Participiis Arabicis, ut صادر اولمق *sādyr olmak*, *q.* eſſe procedentem, prodeuntem, *i. e.* prodire, emanare, *idem quod* صدور بولمق *ſudūr bulmak*, *q.* facere emanationem, emanare, prodire. Sic ظاهر اولمق *zāhyr olmak*, *&* ظهور ايتمك *zuhūr itmek*, prodire, patefieri, oſtendi, بولمق *bulmak*, invenire, كلمك *gelmek*, venire, ut وجود بولمق *wüğiūd bulmak*, *q.* exiſtentiam invenire, & وجوده كلمك *wüğiūde gelmek*, prodire in lucem, exiſtere, *q. ad exiſtentiam venire.* كوسترمك *göſtermek*, oſtendere, commonſtrare, ut التفات كوسترمك *iltifāt göſtermek*, *i. q.* التفات ايتمك *iltifāt etmek*, æſtimare, *q.* facere aut oſtendere æſtimationem, *far ſtima, moſtrar ſtima, far dimoſtratione di ſtima.* يمك *jemek*, comedere, vorare, ut غم يمك *ghæm jemek*, mœrorem comedere, *pro* pati. Sic طبانجه يمك *tabanğiæ jemek*, alapam accipere, pati, & hoc tantùm in ſimilibus ictibus; aliàs dicitur چكمك *ćekmek*, pati. ايچمك *ićmek*, bibere, eſt etiam auxiliare in اند ايچمك *and ićmek*, jurare, *q.* juramentum bibere aut deglutire, ut è contrà اند ويرمك *and wirmek*, adjurare, *ſcongiurare*, *q.* juramentum dare, offerre, *h. e.* ſub juramento aliquem obligare ad aliquid. Rurſus كورمك *görmek*, videre, *pro* præſtare, agere ac recipere, ut رعايت كورمك *ry-ājet görmek*, recipere honorem, honore affici, *q.* eſſet paſſivum τȣ̃ كوسترمك *göſtermek*. Sic ايلك كورمك *eilik görmek*, beneficium accipere; aliàs ايش كورمك *iś görmek*, rem agere, tractare, & opus perficere. بلمك *bilmek* autem, ſcire, *pro* poſſe, ويرمك *wirmek*, dare, porrigere, & يوريمك *jürimek*, incedere, quomodo auxilientur ſignificationi Verborum, explicabitur in Conjugationibus.

Verbis compoſitis carent Turcæ, niſi, quæ hucuſque ſpecificavimus, compoſita vocare velis, quod liberum tibi relinquo.

¶ *Verbum Arabibus dicitur* فعل *fi'l*, q. *actio, partium orationis prima; volunt enim Nomina à Verbo derivari, & non è contra, ideoque ponunt pro radice omnium vocum tertiam perſonam ſingularem maſculinam præteriti temporis, tanquam primam Verbi vocem, & in qua ſolæ ſunt literæ radicales. Radix autem dicitur* اصل *asyl*, *& literæ eam componentes dicuntur* اصليه *aslyje*, radicales, *quibus quæ adjiciuntur ad formationem aliorum verborum aut temporum, vocantur Serviles aut Accidentales.*

Cùm autem Radix ſeu *tertia præteriti ſingularis maſculina, paucioribus quàm tribus, ut in* نصر *næſære*, adjuvit, مدّ *medde*, extendit, *& pluribus quàm quatuor, ut in* دحرج *dæhreğe*, volvit, غرغر *ghærghære*, fefellit, *nequeat conſtare literis, primum vocatur* ثلاثي *sülāsī*, triliterum; *alterum* رباعي *rubā-ÿ*, quadriliterum.

Ex illa autem radice Verbi unius triliteri pullulant rami, ſeu *Verba derivativa tertiis literis characteriſticis affecta, quæ in tres claſſes dividi poſſunt, quarum prima continet formata à radice adjectione unius, ſecunda duarum, tertia trium literarum; & has ſpecies Verborum derivativorum vocant* Erpenius, Golius, Caſtellus aliique *Conjugationes, ita ut Verbi triliteri ſimplicis omnique charactere deſtituti radix dicatur illis* prima Conjugatio, *quæ ſequuntur* ſecunda, tertia, &c. derivativorum, *hoc ordine*, 1. فعل *fe-æle, fe-ÿle, fe-ūle*, 2. فعّل *fe-æle*, 3. فاعل *fā-æle*, 4. افعل *ef-æle*, 5. تفعّل *tefæ-æle*, 6. تفاعل *tefā-æle*, 7. انفعل *infe-æle*, 8. افتعل *ifte-æle*, 9. افعلّ *if-ælle*, 10. استفعل *iſtef-æle*, 11. افعالّ *if-ālle*, 12. افعوعل *if-æw-æle*, 13. افعوّل *if-æwwele.*

Ex horum ſingulis poſſunt educi aut formari Paſſiva, unde Verbum genere & terminatione dividitur in Activum & Paſſivum, quamvis Verba dentur, quæ ſub terminatione activa ſignificationem habeant paſſivam, ut infrà videbitur.

In prima ergo Conjugatione, ſeu *primitiva ſpecie, Verba ſignificationem habent ſimplicem & activam, quam à prima ſua origine poſſident, eamque tranſitivam, ut* كتب *ketebe*, ſcripſit, *vel intranſitivam, ut* حزن *hæzine*, triſtatus eſt; *in reliquis verò intentam*, ſeu *auctam*, vel *alio modo mutatam; etſi & in plerisque earum primitivam ſignificationem obtinere poſſint, maximè ea, quæ in prima Conjugatione ſunt inuſitata.*

Secunda autem فعّل *fe-æle, & quarta* افعل *ef-æle ex abſolutis formant tranſitiva, ut* حزّن *hæzzene, &* احزن *æhzene*, contriſtavit; *ex tranſitivis tranſitiva in ſecundum, ut à* ضرب *zærebe*, verberavit, ضرّب *zærræbe, &* اضرب *æzrebe*, verberare fecit, ſeu fecit ut verberetur. *Reſpondentque hæc duo Tranſitivis Turcicis ſuprà explicatis, ut à* دوكمك *dögmek*, verberare, دوكدرمك *dögdürmek*, facere verberare.

Tertia

Tertia Conjugatio, ſeu *ſpecies* فاعل *fā-āle*, *& plerumque ſexta* تفاعل *tefā-āle*, *reſpondent ſpeciei Turcicorum derivativorum, quæ Reciprocata vocamus, ſignificantque cooperationem & mutuam actionem, ut* لاعبوا *lā-ābū*, *&* تلاعبوا *telā-ābū*, Turc. اويناشديلر *ojnaštiler*, colluſerunt.

Quinta تفعّل *tefe-ále*, *ſeptima* انفعل *infe-āle*, *& octava* افتعل *ifte-āle formant abſoluta & paſſiva: quinta quidem & ſeptima à ſecunda, ut* علّمته وهو تعلّم *āllemtuhu we hüwe te-ālleme*, docui eum, & ipſe doctus fuit, *ſeu* didicit, كسّرت الاناء فانكسر *keſſertül ināe fenkeſere*, fregi vas & fractum eſt, *id eſt*, ſivit ſe frangi nec reſtitit meæ actioni; *octava verò à prima, ut* قصرت ذالك فاقتصر *kaſartü zālike fektaſare*, abbreviavi hoc & abbreviatum eſt.

Nona افعلّ *if-ālle*, *& undecima* افعالّ *if-ālle formant abſoluta colorum cum intenſione, mediocri quidem prior, vehementiori verò poſterior ut* اصفرّ *ysferre*, valde flavus fuit, اصفارّ *ysfārre*, multò flaviſſimus fuit: *& deformitatum verba, ut* اضجمّ *yzǵemme*, *&* اضجامّ *ysǵāmme*, ore diſtorto fuit.

Decima استفعل *iſtef-āle petitionem deſignat, ut* استغفر *iſtaghfere*, veniam delicti petiit, *à* غفر *ghæfere*, remiſit, استطعم *iſtat-āme*, cibum petiit, eſurivit, *à* طعم *tæ-āme*, edit, guſtavit, *& hæc ſæpe reſpondent noſtris Meditativis.*

Duæ ultimæ, quæ rariſſimæ ſunt, ſignificationem intendunt, ut اخشوشن *ychšewšene*, valde aſper fuit, *à* خشن *chæšune*, aſper fuit, اعلوّط *y-lewwætæ*, fortiter adhæſit, *ab* علط *āletæ*, adhæſit.

Non rarò tamen conjugationes derivativæ, maximè quarta, quinta, octava, & decima aliter accipiuntur, quod uſu diſcendum, & ex dictionariis: ſicut & in quibus conjugationibus quodque verbum uſitatum ſit: non enim quælibet radix in qualibet conjugatione occurrit. Multæ, ut apud Hebræos, in una ſolùm conjugatione uſurpantur; multæ in pluribus; nulla in omnibus.

Quadrilitera autem verba quatuor ſolùm agnoſcunt conjugationes, quarum prima primæ, ſecunda quintæ, tertia ſeptimæ, quarta nonæ triliterorum reſpondet, ſuntque 1. فعلل *fæ-lele*, 2. تفعلل *tefæ-lele*, 3. افعنلل *if-ānlele*, 4. افعللّ *if-ālelle*, *ut* درج *derbæhæ*, inclinavit caput, ترهوك *terehweke*, ſuperbivit, احرنجم *yhrenǵeme*, tumultuatus fuit, اقشعرّ *ykše-ārre*, horripilavit.

Malim ego quoque cum Erpenio & nonnullis Arabum Grammaticis ad tertiam افعنلل *if-ānlele reducere* افعنسس *if-ānſeſe*, pectus egrediens habuit, *&* اسلنقى *islenkā*, pronus cubuit, *quàm cum aliis eorum causâ particulares triliterorum conſtituere conjugationes.*

Verba Perſis à genere ſunt Tranſitiva ſeu Activa, ut ديدن *dīden*, videre, vel Intranſitiva ſeu neutra, ut مردن *mürden*, mori, vel Paſſiva, ut كرديدن *kerdīden*, fieri, شدن *šuden*, fieri, eſſe, vel Communia id eſt Activa ſimul & Paſſiva, ut خستن *chæſten*, vulnerare & vulnerari, آمادن *āmāden vel* آمودن *āmūden*, parare & parari, كشادن *küšāden*, aperire & aperiri, نمودن *nümūden*, oſtendere & apparere, آموختن *āmūchten*, docere & diſcere, آميختن *āmȳchten*, miſcere & miſceri, &c. Eodem tamen modo in utraque ſignificatione conjugantur.

Derivativa habent multa & varia. Ab Imperativo fiunt multa Infinitivum facientia in يدن *īden* ejuſdem ſignificationis cum primitivis, ut ab آميختن *āmȳchten*, miſcere, Imperat. آميز *āmīz*, miſce, fit آميزيدن *āmīzīden*, miſcere. Sic ab آموختن *āmūchten*, diſcere *vel* docere, Imper. آموز *āmūz*, diſce, آموزيدن *āmūzīden*, diſcere *vel* docere, à جستن *ǵeſten*, ſaltare, جه *ǵeh*, ſalta, جهيدن *ǵehīden*, ſaltare, ab آمدن *āmeden*, venire, آي *āj*, veni, آيدن *ājīden*, venire, & alia, quæ adfert *Ludovicus de Dieu* in ſuis Rudimentis linguæ Turcicæ. Sed ego potiùs dicerem, Verba hæc & hujuſmodi eſſe duplicis terminationis idem ſignificantia; immò illa prima potiùs carere Imperativo, *ſeu*, ut vult *idem de Dieu*, Aoriſto proprio, adeoque eum mutuari à Verbo ſecundæ terminationis, quod *de Dieu* vocat Derivativum. Sic etiam me docet سودي *Sūdī* exactiſſimus linguæ Perſicæ Grammaticus & Commentator præcipuorum ejuſdem Linguæ librorum, qui, *v. g*, abſtractum آسايش *āsājiš*, quies, *ſeu* ipſum quieſcere, derivari vult & docet, non ab آسودن *āsūden*, quieſcere, ut شمعي *šem-ȳ* Commentarius & ipſe librorum Perſicorum; aliique nonnulli, & præcitatus *de Dieu* docent, ſed ab آسايدن *āsājīden*, quieſcere,

ſcere, Verbo ſecundæ terminationis minimè, ut patet, derivativo. Quod mihi magis confirmat exemplo داري *dārī*, habes, tenes, quod non à داشتن *dāſten*, habere, ut ſupradicti volunt, ſed à داريدن *dārīden*, habere, derivari aſſerit.

Ab his autem Verbis, *ſeu* Infinitivis eorum in يدن *īden* deſinentibus derivantur alia in آنيدن *ānīden* deſinentia. Atque hæc, ſi ex intranſitivis deriventur, ſunt tranſitiva; ſi à tranſitivis, fiunt dupliciter tranſitiva, *ſeu* tranſitiva in ſecundum, noſtris Turcicis tranſitivis reſpondentia, ut à تابيدن *tābīden*, ſplendere, تابانيدن *tābānīden*, facere ſplendere, à چريدن *čerīden*, paſci, چرانيدن *čerānīden*, paſcere, à جنبيدن *ǧiunbīden*, moveri, جنبانيدن *ǧiunbānīden*, movere, ab افتيدن *üftīden*, vel uſit. افتادن *üftāden*, cadere, افتانيدن *üftānīden*, facere cadere, proſternere, آموزيدن *āmūzīden*, diſcere, آموزانيدن *āmūzānīden*, docere, آييدن *ājīden*, venire, آيانيدن *ājānīden*, facere venire. Sic à پوشيدن *pūſīden*, induere, پوشانيدن *pūſānīden*, facere induere, چشيدن *čeſīden*, guſtare, چشانيدن *ceſānīden*, guſtandum dare, quod diceret Turca طاتمق *tatmak*, guſtare, طاتدرمق *tattürmak*, guſtandum dare.

Habent præterea, ut Turcæ, multa Verba auxiliaria actionibus ſervientia, ut Verbum ſubſtantivum بودن *būden*, eſſe, de quo infrà, كردن *kerden*, facere, *& civilius* فرمودن *fermūden*, imperare, facere, آوردن *āwerden*, adferre, portare, ut etiam in Turcicis كتورمك *geturmek*, ut ياد آوردن *jād awerden*, recordari, داشتن *dāſten*, habere, *pro* Turcico طوتمق *tutmak*, ut دوست داشتن *doſt dāſten*, amare, *ſeu* pro amico habere, ut Turcis دوست طوتمق *doſt tutmak*, *Idem.* ساختن *sāchten*, facere, ut روشن ساختن *rūſen sāchten*, illuminare, clarum aut luminoſum reddere, خوردن *chorden*, edere, *&* pati, ut بازي خوردن *bāzī chorden*, fallere, غم خوردن *ghæm chorden*, mœrore affici, تيمارخوردن *tīmār chorden*, curare, برهم خوردن *berhem chorden*, expaveſcere, سوكند خوردن *ſewkend chorden*, jurare, حيف خوردن *hæjf chorden*, indignari, injuſtitiam pati. Hinc & Participia سال خورده *sāl chorde*, *q.* qui multos devoravit annos, annoſus, تاب خورده *tāb chorde*, dolore affectus. زدن *zeden*, verberare, *pro Turc.* چالمق *čialmak*, ut بانك زدن *bānk zeden*, vocem edere, clamare, جاروب زدن *ǧiārūb zeden*, verrere, حرف زدن *hærf zeden*, loqui. بردن *bürden*, ferre, ut حسد بردن *hæſed bürden*, invidere, *Gall.* porter envie, envier, اعتقاد بردن *yetikād bürden*, fidem præſtare, credere, فرمان بردن *fermān bürden*, obedire, *q.* ferre & exequi imperium. نمودن *nümūden*, oſtendere, ut التفات نمودن *iltifāt nümūden*, æſtimationem commonſtrare, ut *Turc.* التفات كوسترمك *iltifāt göſtermek.*

Alia auxiliaria paſſionibus ſervientia ſunt شدن *ſüden*, fieri, reſpondens Turcico اولمق *olmak*, fieri & eſſe, quod Paſſivum format ſubjunctum participio præterito aut paſſivo cujuſque verbi Activi, ut خوانده شدن *chānde vel chūnde ſüden*, legi; aut nomini Adjectivo, ut شرمسار شدن *ſermesār ſüden*, pudefieri, زمين بخش شد *zemīn bæchš ſüd*, terra diviſa eſt, *quaſi* facta eſt diviſio, ſic كرديدن *gerdīden*, fieri, ut پركرديدند *pür gerdīdend*, impleti ſunt غمناك كرديد *ghæmnāk gerdīd*, contriſtatus eſt, *ſeu* factus eſt triſtis, تا شناخته كردد *tā ſināchte gerded*, ut agnoſceretur. *Item* كشتن *geſten*, fieri, ut نمودار كشتن *nümūdār geſten*, manifeſtari, مدهوش كشتن *medhūš geſten*, percelli, پوشيده كشتن *pūſīde geſten*, obtegi, obvelari, ناپديد كشتن *nāpedīd geſten*, diſparere. يافتن *jāften*, invenire, ut قرار يافتن *kærār jāften*, conſiſtentiam invenire, confirmari, ſtabiliri, ſtatui, concludi, planè ut Turcicum قرار بولمق *kærār bulmak.* Sic پرورش يافتن *perweriš jāften*, educationem invenire, educari. كرفتن *giriften*, capere, ut قرار كرفتن *kærār giriften*, *i. q.* قرار يافتن *kærār jāften*, aut Turc. قرار طوتمق *kærār tutmak*, ſtabiliri, confirmari. آمدن *āmeden*, ut پديد آمدن *pedīd āmeden* manifeſtari, بوجود آمدن *be wüǧiūd āmeden*, in lucem venire, prodire, ut Turc. وجوده كلمك *wüǧiūde gelmek.* ديدن *dīden*, videre, agnoſcere, recipere, ut رعايت ديدن *ry-ājet dīden*, recipere honorem, honorari, unde participium, احسان ديده *yhsān dīde*, beneficio affectus.

Compoſita habent quædam ex præpoſitionibus, quæ multis etiam verbis præponuntur ſolummodo ornatûs gratiâ, ut در *der*, quæ uti ſignificat *in*, eandem ſæpe ſignificationem verbo adfert, ut درآمدن *der āmeden*, *&* درشدن *der ſüden*, intrare, دركردن *der kerden*, intrò impellere, درآوردن *der āwurden*, intrò portare, inferre, درخواستن *der chāſten*, poſtulare, velle, *i. q.* ſimplex خواستن *chāſten*, دريافتن *derjāften*, invenire, conſequi,

qui, & intelligere, mente aſſequi, ut يافتن *iaften*, invenire, conſequi. Sic بر *ber* ſignificans *ſupra* verbo ſæpe dat talem ſignificationem, ut برآمدن *ber âmeden*, aſcendere, برکردن *ber kerden*, attollere, auferre, برانکیزانیدن *ber engizānīden*, erigere, excitare. Interdum valet noſtrum *re* in compoſitione, ut برکردیدن *ber girdīden*, reverti, ſic بر کشتن *ber gišten*, retrocedere, recedere, reverti. Interdum ornatûs gratiâ præponitur, ut برکزیدن *ber güzīden*, eligere, برآسودن *ber āsūden*, quieſcere, برآشفتن *ber āšüften*, conturbari, indignari, برانداختن *ber endāchten*, evellere, tollere, برنشستن *ber nišeſten*, conſidere, & ſimilia, quæ etiam ſine بر *ber* idem ferè ſignificant. باز *bāz* propriè ſignificat *rurſus, retro*, & in compoſitione vim etiam averſionis habere videtur, ut بازداشتن *bāz dāšten*, retrahere, cohibere, impedire, *q.* retro habere, بازکرفتن *bāz giriften*, celare, *q.* retro capere, بازاستادن *bāz iſtāden*, ceſſare, abſtinere, *q.* retro ſtare, بازآمدن *bāz āmeden*, reverti, rurſus venire. Dicitur & سرآمدن *ſer āmeden*, advenire, سردادن *ſer dāden*, relegare, وانمودن *wā nümūden*, declarare, oſtendere, *ferè ut* نمودن *nümūden*, وابس کردن *wābes kerden* & بس کردن *bes kerden*, ſatisfacere, ſolvere, *quaſi* ſufficiens facere.

CAPUT SECUNDUM

De modis, temporibus, perſonis, numeris & conjugationibus Verborum in genere.

MOdos & Tempora Verborum Turcicorum exhibebo totidem, quot nos habemus in Grammaticis Latinis, nimirum Indicativum, Imperativum (in quo Permiſſivus) Optativum, Subjunctivum *ſeu* Conditionalem (cum quibus Potentialis coincidit) & Infinitivum. Tempora quoque Præſens, Præteritum, Imperfectum, Perfectum, Pluſquam perfectum, & Futurum. Addam autem particulares loquendi modos, quibus Turcæ utuntur ad exprimendas actiones, quas per alios Modos exprimere ſolemus, & hoc fiet in Paradigmate Verbi سومك *ſeumek*, amare, quod in ſeorſivo Capite inferiùs exhibebimus, ubi etiam explicabitur formatio ſingulorum Temporum.

Numeri, ut in Nominibus, ita & in Verbis ſunt tantum duo, Singularis, & Pluralis. Perſonæ autem tres, ut in Latinis, prima, ſecunda, tertia, abſque ulla ſexûs aut generis diſtinctione.

Conjugationes ſtatuo duas, licet modicè inter ſe differentes, Verborum nempe Infinitivum in مك *mek* habentium pro prima, eorum autem, quorum Infinitivus exit in مق *mak*, pro ſecunda; quarum diſcrepantia ex Paradigmatibus patebit. Nec præter has duas in مك *mek*, & مق *mak* datur alia Infinitivi terminatio.

Quoniam verò Verbum ſubſtantivum اولمق *olmak*, eſſe, *ſeu* Defectivum ايم *im*, ſum, auxiliare eſt ad varia omnium Verborum tempora formanda, ante reliquorum Verborum conjugationes proponam ejus Paradigma tanquam anomali, ſicut ob eaſdem ferè rationes faciam in aliis linguis Arabica & Perſica.

¶ *Arabes Modos & Tempora ſimul confundunt, & conjugationem in quinque tantùm partes aut capita dividunt, in Tempus præteritum, quod vocant* ماضي *māżȳ; in Futurum* مضارع *müzāryʿ dictum, quod tamen includit etiam tempus præſens ad diſtinctionem præſentis* حال *hāl* vel حاضر *hāzyr dictum, & ut Futurum dicitur etiam* مستقبل *müſtakbil; in Imperativum, in Infinitivum, & in Participium.*

Præteritum reſpondet quidem noſtro Præterito perfecto Indicativi modi, ut نصر *naſere*, adjuvit; *ſed Verbum ſubſtantivum* كان *kāne*, fuit, *itemque particulæ* لو *lew*, ſi, ان *in*, ſi, اذا *izā*, cùm *ei præpoſitæ hanc ſignificationem ſoleāt immutare.*

كان *kāne enim ſic in Præterito poſitum importat ſignificationem Præteriti pluſquamperfecti Indicativi, ut* كان ضرب *kāne zarebe*, verberaverat, *q. dicas* fuit verberavit; *planè ut Poloni exprimunt ſuum Præteritum pluſquam perfectum addito* był / fuit, bił był / verberaverat. *Sic* كانوا قالوا *kānū kālū*, dixerant, mowili byli / كان قد امسك *kāne kad emſeke*, jam prehenderat, Już go był uchwycił.

لو *lew*, ſi, *id vertit in Subjunctivi*, vel *Optativi, quod idem eſt, Præteritum imperfe-*

dari tredecim verborum triliterorum ſeu tres tantùm in radice literas habentium, quatuor autem verborum quadriliterorum, ſeu quatuor in radice literas habentium.

Primam triliteri conjugationem nudam & ſimplicem reliquæ per omnia ferè ſequuntur, paucis exceptis, de quibus ſuo loco.

Cùm autem ratione vocalis ſecundæ radicalis prima etiam conjugatio ſex modis variare poſſit futurum ſuum, ideo ex hac prima noſtra conjugatione ſex confecit Guadagnoli, *cui non refragamur quidem, ſed brevitati ſtudentes in uno eodemque paradigmate primæ noſtræ conjugationis malumus cum Erpenio rem totam compendio abſolvere.*

Perſæ ſequuntur Arabes in diviſione ſuorum modorum ac temporum, nempe in Præteritum, in Futurum, (quod non abs re Aoriſtum vocat *Lud. de Dieu*) in Imperativum, in Infinitivum, & in Participium. Supplentur autem reliqua tempora & modi per adjectionem particularum aut literarum capiti temporis intenti, ut in paradigmatibus explicabimus.

Numerus duplex, Singularis & Pluralis; Duali enim omnino carent Perſæ.

Perſonæ tres, in quibus nulla ſexûs aut generis ratio.

Conjugationes poſſunt ſtatui duæ. Cùm enim Infinitivus verbi cujuſque exeat in دن *den*, ut دادن *dāden*, dare, vel in تن *ten*, ut داشتن *dāsten* habere: quantùmvis in formatione temporum admodum nihil differant: duo eorum dabimus paradigmata, præmiſsâ tamen, ut jam innuimus, conjugatione verbi ſubſtantivi بودن *būden*, eſſe, ſeu ام *em*, ſum.

CAPUT TERTIUM

De conjugatione verbi ſubſtantivi اولمق *olmak*, eſſe, & fieri, *ejuſque negativi* اولمامق *olmamak*, non eſſe, non fieri.

HOc verbum اولمق *olmak*, quando ſignificat *fieri*, werden / conjugatur regulariter; ſed cum adhibetur ſubſtantivè, & ſignificat *eſſe*, ſeyn / eſt anomalum, & ſic conjugatur

Indicativi Præſens.

Sing. ايم *im*, ام *em & im, rariùs* يم *im*, م *em & im etiam üm*, اين *vel* ين *in*, ſum.
سن *vel rariùs* سين *ſin*, es.
در *vel rariùs* دور *dür*, eſt.

Plur. ايز *vel* از *vel* يز *vel* ز *iz, & rariùs* وز *üz*, ſumus.
سز *vel rariùs* سيز *ſiz*, & سكز *ſyn-yz*, eſtis.
درلر *dürler*, *vel* در *dür*, ſunt.

ايم *im*, & ام *em*, *vel im*, ſum, ut & ايز *vel* از *yz*, ſumus poſtponuntur abſolutè & disjunctim; conjunctim autem affiguntur م *em vel im aut üm*, & quod rariùs ſcribitur يم *im*, ſum; ſic ز *yz vel rariùs üz*, & يز *iz*, ſumus, ut كوزلم *güzelem*, *vel güzelim*, *vel rariùs güzelüm*, pulcher ſum, quod, ſi vis, etiam ſeparatim dices كوزل ايم *güzel im*, & ſic in aliis perſonis كوزلسن *vel* كوزل سين *güzelſyn*, pulcher es, كوزلدر & كوزل در *güzel dür*, pulcher eſt, vel ſine در *dür* كوزل *güzel*, pulcher eſt; در *dür*, enim ſæpe ſupprimitur, ut non raro in Latinis, & ferè ſemper in Polonicis, Hungaricis, & maximè Arabicis. In Plurali ſimiliter كوزلز *vel* كوزل ايز *güzelyz*, pulchri ſumus, كوزلسز *vel* كوزل سز *güzelſyz*, pulchri eſtis, كوزللردر *vel* كوزللر *güzeller*, *vel* كوزل *güzel*, pulchri ſunt. Idem omnino habent Poloni, ut piękny m / pulcher ſum, piękny ś / pulcher es, piękny / pulcher eſt, *Plur.* piękniſmy / pulchri ſumus, pięknióćie / pulchri eſtis, piękni / pulchri ſunt; affixo nimirum pro prima perſona ſingulari m / pro ſecunda ś / pro prima plurali ſmy / pro ſecunda ście / & ſuppreſſo aut ſubintellecto in tertia perſona verbo ſubſtantivo nempe ieſt / eſt, & ſą / ſunt.

Imperfectum, & Perfectum.

Sing. ايدم *vel* ادم *idüm*, & ſæpe conjunctim دم *vel rariùs* يدم *dum vel idüm*, eram, & fui. Bylem.
ايدك *vel* ادك *idün-*, *vel* دك *dün-*, eras, fuiſti. Byleś.
ايدي *vel* ادي *idy*, *vel* دي *dy*, erat, fuit. Był.
Plur. ايدك *vel* ادك *iduk*, & دك *duk*, eramus, fuimus. Byliſmy.
ايدكز *vel*, ادكز *idün-üz*, *vel* دكز *dün-üz*, eratis, fuiſtis. Byliście.
ابديلر *vel* ادلر *idiler*, *vel* ديلر *diler*, erant, fuerunt. Byli: *vel* affixo لر *ler*, nomini præcedenti & manente in ſingulari ايدي, ut كوزللر ايدي *güzeller idy*, pulchri erant. Piękni / *vel* pięknymi byli.

Interſerunt nonnulli و *waw*, ante finem & ſcribunt ادوم ايدوم *idüm*, eram, ايدوك *idün-*, eras, ايدوك *iduk*, eramus, ايدوكز *idün-üz*, eratis.

Alterum Imperfectum, & Perfectum.

Sing. ايمشم *imišem* & ... مشم *mišem*, eram & fui. Bylem.
ايمشسن *imišſyn*, ... مشسن *mišſyn*, eras, fuiſti. Byleś.
ايمشدر *imištür*, *vel* ايمش *imiš vel* مش *miš*, erat, fuit. Był.
Plur. ايمشز *vel* ايمش ايز *imiš yz*, *vel* مشز *mišyz*, eramus, fuimus. Byliſmy.
ايمشسز *imiš ſyz*, *vel* مشسز *mišſyz*, eratis, fuiſtis. Byliście.
ايمشلردر *imišler dür*, *vel* ايمشلر *imišler*, & affixo nomini præcedenti لر *ler* ايمش *imiš*, erant ut كوزللر ايمش *güzeller imiš*, erant, fuerunt pulchri: Piękni byli. Sed ſic etiam poteſt eſſe in ſignificatione præſentis, *pro* pulchri ſunt, ſicuti in aliis ſæpe venit perfectum pro præſenti, ut dicunt بلدم *bildüm*, pro ſcivi, & ſcio.

Quemadmodum autem hoc præteritum formatur à Participio Verbi, quod hîc eſt ايمش *imiš*, qui fuit, & Præſenti ايم *im*, vel م *em*, *q.* dicas, ſum qui fui: ſic formari quidem poſſet Pluſquamperfectum ab eodem Participio & ab Imperfecto ايدم *idüm*, vel دم *düm*, & dicere ايمش ايدم *imiš idüm*, vel ايمشدم *imištüm*, fueram, bylem był / uti paſſim Pluſquam perfectum Verborum regularium formatur; ſed hoc rariſſimè Turcis uſitatur. Mutuantur potiùs hoc tempus, uti ſæpe & alia omnia, à regulari اولمق *olmak*, eſſe & fieri, & dicunt اولمش ايدم *olmiš idüm*, fueram, *vel* factus fueram. Sic اولوردم *olurdüm*, eram, fiebam, اولدم *oldüm*, fui, factus ſum. Sic *pro* Futuro, quo caret Defectivum hoc ايم *im*, ſum, dicunt

Futurum.

Sing. اولورم *olurüm*, ero & fiam. Bede / ſtánę ſię.
اولورسن *olurſyn*, eris, fies. Bedzieſz / ſtánieſz ſię.
اولور *olur*, erit, fiet. Bedzie / ſtánie ſię.
Plur. اولورز *olurüz*, erimus, fiemus. Bedziemy / ſtániemy ſię.
اولورسز *olurſyz*, eritis, fietis. Bedziecie / ſtániecie ſię.
اولورلر *olurler*, erunt, fient. Beda / ſtána ſię.

Vel, ut in Regularibus, dicent اولايم *olaim*, اوليسرم *olyſerym*, اولاجغم *olağierghym*, اولسم كرك *olſam gerek*, ero, fiam. Sic & à Regulari ſumitur,

Imperativus.

Sing. اول *ol*, ſis, eſto, fias. Badz / ſtań ſię.
اولسون *olſun*, vulgò اوسون *oſun*, ſit, fiat. Niech bedzie / niech ſię ſtánie.
Plur. اولالم vel اولدلم *olalum*, ſimus. Badźmy.
اولك *olun-* vel اولكز *olun-üz*, eſte. Badźcie.
اولسونلر *olſunler*, *oſunlar*, ſint. Niech beda.

Optativi & Subjunctivi tempora omnia petunt etiam à Regulari اولمق *olmak*, ut

Optativi Præſens & Imperfectum.

Sing. اولايدم vel اوليدم *olaidüm*, eſſem & fuiſſem O bym / obym był. اولايدك *olaidun-*,

olaidün-, اولايدي *olaidy*. *Plur.* اولايدق *olaiduk*, اولايدكز *olaidün-üz*, اولالر ايدي *olalar idy*.

Imperfectum alterum reſpondens Italico in *rei*.

اولوردم *olurdüm*, eſſem, *ſarei*. byl bym. اولوردك *olurdün-*, *&c* regulariter. Et, ut eſt in omnibus idem quod Imperfectum Indicativi, ſic etiam dici poteſt ايدم *idüm*, eſſem, *ſarei*, byl bym. ايدك *idün-*, eſſes, *ſareſti*, byl byś/ &c. ut in Indicativi Imperfecto.

Perfectum.

اولش اولام *olmiš olam*, fuerim, *vel* factus fuerim, *vel* etiam ايمش اولام *imiš olam* *Idem*; regulariter conjugantur.

Pluſquam perfectum.

اولش اولايدم *olmiš olaidüm*, fuiſſem, *vel* factus fuiſſem, regulariter.

Futurum.

اولم *vel* اولام *olam*, ſim, اولاسن *vel* اولهسن *olaſyn*, ſis, اولا *ola*, *vel* اوله *ola*, ſit. *Plur.* اولاوز *vel* اولهوز *vel* اولوز *olawuz*, ſimus, اولاسز *vel* اولهسز *olaſyz*, ſitis, اولالر *vel* اولهلر *olalar*, ſint.

Subjunctivi *ſeu* Conditionalis modi tempus Præſens & Futurum.

ايسم *iſem*, *&* سم *ſem*, ſi ſim, ero, fuero, ießlim/ ايسك *iſen-*, ſi ſis, ießliś/ ايسه *iſe*, ſit, ießli ieſt. *Pl.* ايسك *iſek*, ſimus, ايسكز *iſen-üz*, ſitis, ايسهلر *iſeler*, ſint.

Aut ab اولمق *olmak* regulariter اولسم *olſem*, *&* اولورسم *olurſam*, ſi ſim, *vel* fiam. Sic

Imperfectum & Pluſquam perfectum.

اولسهيدم *pro* اولسه ايدم *olſaidüm*, vel rariùs ايسيدم *iſeidüm*, aut, ut in libris antiquioribus, مسيدم *myſeidüm*, ſi eſſem *vel* fuiſſem.

Perfectum.

اولش ايسم *olmiš iſem*, & rariùs ايمش ايسم *imiš iſem*, ſi fui *vel* fuerim.

Futurum præterito mixtum.

اولش اولورم *olmiš olurüm*, & rariùs ايمش اولورم *imiš olurüm*, fuero, *vel* factus fuero, omnia regulariter.

Infinitivus.

اولمق *olmak*, eſſe *&* fieri.

Gerundium.

ايكن *iken*, *&* كن *ken*, eſſendo, *ſeu* exiſtendo. Weſend. *Ital. Sendo*, *eſſendo*. *Gall.* Eſtant. *Pol.* Bedac/ quod & اولوركن *olurken*, *idem*, regulariter, ut cætera ab اولمق *olnàk*, fieri, ut اولوب *olup*, *&* اولیجق *olyğiak*, cùm fuerim, fueris, *&c.* اولنجه *olynğe*, donec ſit, dum eſt *aut* fuerit: اولغه *olmagha*, *&* اولمق ايچون *olmak içün*, ad *vel* propter exiſtendum, *per eſſere*: اولان *olan*, exiſtens, qui eſt, erat, fuit, *&c.* ايمش *imiš*, *&* اولمش *olmiš*, qui fuit *vel* fuerit: ايدوك *iduk*, vel اولدق *olduk*, qui fuit, vel fuerit: اولور *olur*, qui fuerit: اولاجق *olağiak*, اوليسر *olyſer*, اولملو *olmalu*, futurus: اولالدن برو *olaldan berü*, à quo ſum, es, eſt, ſumus, fueram, fui, *&c.*

Negativum hujus eſt اولمامق *olmamak*, non eſſe, non fieri, *&* non poſſe eſſe *aut* fieri, & conjugatur regulariter. Sed ſubſtantivè poſitum habet eadem tempora, quæ affirmativum, præpoſitâ negatione دكل *degül*, hoc modo

Indic. Præſ.

دكلم *degülem*, vel *degülim*, vel *degülüm*; Vulgus ferè dicit, *deilem*, *deilüm*, non ſum,

دكلسن *degül ſin*, non es, دكلدر *degüldür*, vel ſine در *dür*, دكل *degül*, non eſt. *Plur.* دكلز *degüliz*, non ſumus, دكلسز *degül ſiz*, non eſtis, دكلردر *deguller dür.* non ſunt. Unde poſt Adjectivum كوزل دكل *güzel degül*, non eſt pulcher.

Imperfectum & Perfectum.

دكل ايدم *degül idüm*, *vel* دكلدم *degüldüm*, non eram, *&* non fui, دكل ايدك *degül idün*-, non eras, &c. ut in affirmativo, præpoſito دكل *degül.*

Sic دكل ايمشم *degülmisem*, *Idem*

Et in ſubjunctivo دكل ايسم *degül iſem*, ſi non ſim, *vel* fuero, دكل ايسيدم *degül iſeidum*, ſi non eſſem, vel fuiſſem, &c.

Reliqua tempora deſumuntur à Regulari اولمق *olmamak*, non eſſe, non fieri, ut اولم *olmam*, non ero, non fiam, اولمزسن *olmaz ſin*, non eris, non fies, اولمز *olmaž*, non erit, non fiet & non poteſt eſſe aut fieri, اولمزز *olmazyz*, non erimus, اولمزسز *olmazſyz*, non eritis, اولمزلر *olmazler*, non erunt, non fient. Sic In.per. اوله *olma*, non ſis, non fias, اولسون *olmaſun*, non ſit, non fiat, abſit, اوليهلم *olmajalum*, non ſimus, &c. &c, ut in بقمق *bakmak.*

Sciendum autem hîc quòd verbum hoc anomalum ſubſtantivum ايم *im*, cum ſuo Imperfecto aliiſque temporibus hinc derivatis & cum ſuo Negativo دكلم *degül m* دكلدم *degülidüm*, *&c.* uſurpatur tantum ſubſtantivè, quando eſt in regimine, *hoc eſt* quando utrinque eſt Nominativus, aut ſaltem aliquid aliud loco ſecundi nominativi, ut adverbium, præpoſitio aliqua, &c. ut اوده دكلدر *ewde degüldür*, non eſt domi, *non è in caſa.* Nam aliàs in tertia perſona cùm ſignificatur poſſeſſio aut inexiſtentia aliqua, & debeeremus dicere Es iſt/ es gibt / *vi è*, *c'è*, il y-a, aut Polonicè in Negativo nie maß / adhibetur Impersonale وار *war*, *vel* واردر *war dür*, eſt, *q.* exiſtens eſt, aut exiſtit, adeſt, datur; *v. g.* جبمده اقچه واردر *ğebümde akčia war dür*, adeſt pecunia in mea pera. Es gibt Gelt in meinem Sack. *Vi ſono denari nella mia ſcarſella.* Il ya de l'argent dans ma poche.

Rurſus hoc ipſum Impersonale وار *war* adhibetur pro verbo noſtro *habeo*, [nam verbum illi correſpondens non habent Turcæ] quod etiam Latini ſæpe circumſcribunt per *eſt mihi*, *eſt tibi* pro *habeo*, habes, &c. Turcæ autem loco Dativi perſonæ ponunt Genitivum aut pronomen poſſeſſivum ſic بنم اقچم واردر *benüm akčiam war dür*, habeo pecuniam, *q.* pecunia mea adeſt, *vel* datur, quod Latinè diceres, *eſt mihi pecunia.* سنك اقچهك وار *ſenün-akčian-war*, habes pecuniam, انك اقچهسي واردر *anün- akčiaſi war dur*, *vel ſimpliciter* اقچهسي وار *akčiaſi war*, habet pecuniam. Sic in Plur. بزم اقچهمز وار *bizüm akčiamüz war*, habemus pecuniam, سزك اقچهكز وار *ſizün- akčian-yz war*, habetis pecuniam, انلرك اقچهسي وار *anlarün- akčiaſi war*, *vel* اقچهلري وار *akčialeri war*, habent pecuniam. Sic اغانك اقچهسي وارمي يوقمي *aghanün-akčiaſi warmi jokmi*? habetnè Dominus pecuniam, nec nè, an non habet? Quod etiam benè exprimitur ſuppreſſo pronomine اقچهم وار *akčiam war*, habeo pecuniam, اقچهك وارمي *akčian-warmi*, habeſne pecuniam? Hæc autem habet tempora.

Indic. præſens.

واردر *war dür*, & ſine در *dür*, وار *war*, eſt, adeſt, *&* habeo, habes, &c. *Vi è*, *c'è*, & *hò*, *hai*, *hà.* Il y a, & j'ay, tu as, il a, &c.

Imperfect. & Perfect.

وارايدي *war idy*, *&* وارايمش *war imiš*, erat, fuit, habebam, as, & habui, iſti, &c.

Sequentia tempora mutuatur, à regulari اولمق *olmak*, ut اولدي *oldy* اولمش *olmiš*, fuit, habui, &c. اولمشدي *olmiš idy*, adfuerat, habueram, &c. اولور *olur*, erit, habebo, &c. In per. اولسون *olſun*, ſit, habeam, &c. Oprativi & reliqua ferè tempora, ut in regulari اولمق *olmak*, hoc eſt tertia perſona cujuslibet temporis præpoſito ut plurimùm وار *war.*

In ſubjunctivo tamen bene dicitur وارايسه *war iſe*, ſi adſit, ſi habeam, as, &c. *&* وارايسيدي *war iſeidy*, ſi adfuiſſet, adeſſet, ſi haberem vel habuiſſem, es, &c. *Item* وار ايكن *war iken*, cùm haberem, es, &c.

Ejus

Digitized by Google

Ejus verò Negativum in Præſenti habet يوقدر, *joktür*, vel ſuppreſſo در *dür*, يوق *jok*, non eſt, non adeſt, *&* non habeo, careo, cares, *&c.* ut اقچهم يوقدر *akčiam joktür*, non habeo pecuniam, اقچهك يوقدر *akčian-joktür*, non habes pecuniam, اقچهسي يوق *akčiaſi jok*, non habet pecuniam. *Plur.* اقچهمز يوق *akčiamüz jok*, non habemus pecuniam, *&c.* In Imperf. يوق ايدي *jok idy*, *vel uſitat.* liquefacto ق *kaf* in غ *ghæin*, يوغدي *joghydy*, non erat, non habebam, as, *&c.* In Subjunct. يوغ ايسه *joghyſe*, vel يوغسه *joghſe*, ſi non adſit, ſi non habeam, as, *&c.* Gerund. يوغ ايكن *jogh iken*, cùm non eſſet, *non vi eſſendo*, *vel* cùm non haberem, es, *&c.* *non hauendo*, *ò mentre non haueuo*, *hau ui*, &c. Cætera ut in negatiuo Verbi اولمق *olmak* regulariter.

¶ *Arabibus eſt quidem Verbum ſubſtantivum* كان *kāne*, fuit, factus eſt, *quod ut Concavum* قال *kāle conjungatur; Sed ſciendum, quòd, quemadmodum apud Latinos ſæpe & eleganter ſupprimitur tertia præſentis Verbi ſubſtantivi* eſt, *vel* ſunt, *ut* Ignoti nulla cupido, *ſubintelligitur* eſt, *immò etiam nonnunquam aliæ ejuſdem perſonæ non exprimuntur, ut*, Ego Dominus, *ſubint.* ſum, Tu ſolus Dominus, *ſubint.* es: *ita in Arabicis ſemper ſupprimuntur, nec, niſi ad vitandam amphibologiam, aut aliter neceſſe ſit, exprimunt unquam perſonas Verbi ſubſtantivi in eodem præſenti Indicativi, ac interdum etiam alibi*, e. g. *dicitur* انا الطريق و الحقّ و الحيوة *enet- tæryku wel hækku wel hæjatü*, Ego ſum via, veritas & vita, انت ابني *entebnī*, tu es filius meus, *&* انت اعلم *ente aʿlemü*, tu es doctior, *vel* meliùs ſcis, الله اكبر *allāhü ekberü*, Deus eſt maximus. من هذا *men hāzā*, quis eſt ille? من هذه *men hāzihi*, quæ eſt illa, iſta? من هذان *men hāzāni*, qui iſti duo? من انتم *men entüm*, qui eſtis vos? انّا ترابٌ و رمادٌ *ennā türābün we remādün*, quia nos pulvis & cinis ſumus; *& ſic paſſim in omnibus & ſingulis perſonis hujus Præſentis, alibi autem rariùs, niſi ad hoc tempus revocari aliquo modo poſſit. In reliquis exprimunt tempora verbi* كان *kāne, prout requirit ſenſus.*

Par ratio eſt, cùm ſignificatur inexiſtentia aut poſſeſſio, ſeu dum ponitur pro noſtro habeo (*quo ſeu ipſi correſpondente æquè carent Arabes ac Turcæ.*) *Suppreſſâ enim tertiâ perſonâ verbi ſubſtantivi adhibent præpoſitiones, quæ ſignificationem complent, ut* أعندك خبزٌ *e ʿindeke chubzün*, eſtne panis apud te? وارمي اتمك سنده *warmi etmek ſende*, eſtne panis apud te? *Gall.* Y a-il du pain chez vous? *Quod etiam per* habeo *commodè reddi poteſt* habeſnè panem? اتمكك وارمي *etmegün-warmi*. *Aliàs pro* habeo *optimè redditur per Dativum, ut in latinis, ut* لي *li*, mihi eſt, *i. e.* habeo, لك *leke*, habes, له *lehu*, habet, *Dual.* لكما *leküma*, habetis vos duo, لهما *lehümā*, habent illi duo,. *Pl.* لنا *lenā*, habemus, لكم *leküm*, habetis, لهم *lehüm*, habent, *& in fœm.* لك *leki*; habes *fœmina*, لها *lehā*, habet, لكنّ *lekünne*, habetis, لهنّ *lehünne*, habent. *Addito in aliis temporibus ipſo verbo* كان *kāne* regulariter conjugato.

In negatione idem fit, ut لا *lā* vel ما يوسف بجاهلٍ *mā iūsüfu biǵiāhilin*, non eſt Joſephus ignarus, *quod etiam dici poteſt* ليس يوسف بجاهلٍ *lejſe jūsufü biǵiāhilin*, *Idem*, لا اله الّا الله *lā ilāhe illāllāhu*, non eſt Deus præter verum Deum. *Gall.* Il n'y a qu'un Dieu. لا احدٌ فيها الّا زيدٌ *lā æhæaün fīhā illā zejdün*, non eſt quiſquam in ea, niſi Zejdus, لا رجل في الدّار *lā reǵiüle fīddārī*, non eſt vir quiſquam in Domo, nemo eſt domi. *Non v'è alcuno in caſa.*

Quoniam autem facta eſt mentio Verbi defectivi negativi ليس *lejſe*, *unicum ejus præteritum tibi exhibeo. Præteritum dixi, licèt tunc ſenſus ſit abſolutus, & tempus etiam Præſens importet, quando prædicatum ejus afficitur particulâ* ب *bi*, *ut in exemplo ſupracitato Eſt ergo Sing.* لست *liſtü*, non fui, لست *liſte*, non fuiſti tu *vir*, لست *liſti*, non fuiſti, tu *fœm.* ليس *lejſe*, non fuit *vir*, ليست *lejſet*, non fuit *fœm.* *Dual.* لستما *liſtumā*, non fuiſtis vos duo, *aut* duæ, ليسا *lejsā*, non fuerunt duo, ليستا *lejsetā*, non fuerunt duæ. *Plur.* لسنا *liſnā*, non fuimus, لستم *liſtüm*, non fuiſtis *viri*, لستنّ *liſtünne*, non fuiſtis *mulieres*, ليسوا *lejsū*, non fuerunt illi, لسن *liſne*, non fuerunt illæ.

Perſæ etiam verbum habent ſubſtantivum defectivum quo utuntur ad formationem temporum ſeu perſonarum eſtque Sing.

Sing. لم vel junctum nomini م *em*, ſum, اى vel conjunctim ي *ī*, es, است vel conjunctim ست *eſt*, eſt. Pl. ايم *vel* يم *īm*, ſumus, ايد vel conjunctim يد *īd*, eſtis, اند vel conjunctim ند *end*, ſunt.

Alia tempora format regulariter à verbo بودن *būden*, eſſe, ut بودم *būdem*, eram & fui, بودي *būdī*, eras & fuiſti, بود *būd*, erat vel fuit, بوديم *būdīm*, eramus, fuimus, بوديد *būdīd*, eratis, fuiſtis, بودند *būdend*, erant vel fuerunt.

Futurum بوم *büwem*, ero, بوي *büwī*, eris, بود *büwed*, &c. aut uſit. à باشيدن *bašīden*, باشم *bašem*, ero, & ſim, باشي *bāšī*, eris, ſis, باشد *bāšed*, erit, ſit, &c. Omnium enim temporum perſonæ, etiam, ut vides, in hoc verbo, fiunt per affixa prædicta verbi ſubſtantivi defectivi, ſuppreſſo in tertia است *Ieu* ست *eſt*, & in Futuro loco ejus poſito د *ed*. Imper. باش *bāš*, eſto, ſis, باشد *bāšed*, &c. regulariter. Infinit. بودن *būden vel* باشيدن *bašīden*, eſſe. Part. باشا *bāšā*, exiſtens.

Negativa autem verba cùm non habeant Perſæ, dicant hîc neceſſe eſt نه لم *ne em*, non ſum, نه‌ء *vel* نه‌يي *nejī*, non es, نه‌است *ne eſt*, aut uſit. نيست *niſt*, non eſt. Pl. نه‌ايم *ne īm*, non ſumus, نه‌ايد *ne īd*, non eſtis, نه‌اند *ne end*, non ſunt. Raro autem ſupprimunt quicquam, ne tertiam quidem perſonam verbi ſubſtantivi, habentque verbum noſtro *habeo* correſpondens, nempe داشتن *dāšten*, habete. Unde jam tandem veniamus ad Paradigmata verborum regularium.

CAPUT QUARTUM

De prima Conjugatione & de formatione ſingulorum Temporum.

PRima Conjugatio Verborum Turcicorum eſt eorum, quæ Infinitivum habent in مك *mek*, ex quo Infinitivo tanquam themate effluunt cætera Verbi tempora & modi.

Paradigma primæ Conjugationis.

سومك *ſewmek*, amare.

Indicativi tempus præſens & futurum.

Sing. سورم *ſewerim*, *vel ſewerem*, vel communiter, *ſewerüm*, amo.
سورسن *ſewerſin*, amas.
سور *ſewer*, amat.
Plur. سورز *ſeweriz*, *vel ſewerüz*, *q. ſeweryz*, amamus.
سورسز *ſewerſiz* & سورسكز *ſewerſyn-yz*, *ſewerſün-üz*, amatis.
سورلر *ſewerler*, amant.

Fit hoc præſens ſeu futurum ab Infinitivo mutato مك *mek*, in رم *erüm*. In nonnullis tamen legitur *ürüm*, ut à بلمك *bilmek*, ſcire, fit بلرم *vel* بلورم *bilürüm*, non *bilerum*, ſcio, *vel* ſciam; كلمك *gelmek*, venire, facit كلرم *ſeu* كلورم *gelürüm*, venio, veniam. Sic omnia Derivativa, & alia multa ſimplicia, quæ uſus docebit. In verbis autem habentibus ante مك *mek* vocalem noſtram, mutant tantùm *mek* in *rüm*, ut بكلمك *beklemek*, expectare, & aſſiſtere, cuſtodire, بكلرم *beklerüm*, expecto, expectabo, سويلمك *söjlemek*, loqui, سويلرم *söjlerüm*, loquor, loquar.

Circa primam perſonam nota à multis Turcis poni pro regulari terminatione ultimæ رم *rem*, ut سورم *ſewerem*; malunt tamen alii pronunciari *rim*, *ſewerim*, alii *rüm* cum رم *rüm*, & hæc ultima inter cæteras, in vulgari præſertim ſermone, eſt ſemper in uſu, سورم *ſewerüm*, ſed ſono accedente ad y Polonorum, *quaſi ſewerym*.

Cæterùm سور *ſewer* eſt propriè Participium Activum, *amans*, ſeu *qui amet*, unde in tertia perſona ſupprimitur, ut ſolet, در *dür*, quod tamen poſſet addi, & dici سوردر *ſewerdür*, amat, *q.* eſt amans. Primæ autem & ſecundæ adduntur Affixa Verbi ſubſtantivi ſimpliciter.

Sed hic ſtatim obſerva, hoc tempus uſurpari propriè pro Futuro, etſi bene ac ſæpe pro Præſent., *pec.* indeterminato. Unde ſi ipſius Præſentis temporis actio realis, *ſeu* operatio in fieri deſignanda ſit, dicunt سويورم *ſewijürüm*, vel *ſewejürüm*, amo, *q.* ſum in actione

actione amandi, quod in hoc rarum eſt, ſed dicitur كليورم *gelijürüm*, venio, كليورسن *gelijürsyn*, venis, كلور *gelijür*, venir, *viene.* اويبور *ujijür*, dormit, اوقوبور *okujür*, legit, mutando مك *mek*, vel مق *mak* in يور *jür*, aut etiam in aliquibus in *ejür*, *ajür.* Et quidem regulariter quæ habent tertiam Præſentis *ſeu* modò dictum Participium in *er* vel *ar*, ſolet dici, legi, & ſæpe ſcribi سوەيور *ſewejür*, amat, بقەيور *bakajür*, aſpicit. In aliis autem quæ habent *ür* vel *ur*, legitur, & ſcribitur يور *ijür*, ut à كلور *gelür*, veniet, كليور *gelijür*, venit, ab الور *alür*, accipiet, اليور *alyjür*, accipit, capit. Quæ autem ante مك *mek* vel *mak* habent vocalem, addunt tantum يور *jür*, ut à سويلمك *söjlemek*, loqui, سويليور *söjlejür*, loquitur. پارليور *vel* پارلەيور *parlajür*, micat. Lśni się. Sed idem ſcribere ſolent multi Docti يورر *jürür*, ut كليورر *geljürür*, immò etiam كليرريور *gelijürijür*, quaſi eſſet à Præſenti verbi يوريمك *jürimek*, incedere, & à Gerundio proprii verbi in ي *i*, vel *e*, vel *a* [Caramani dicunt loco كليور *gelijür*, venit, *geluwer*] Sic autem tale Præſens conjugatur كليورم *gelijürüm*, كليوريورم *geljürijürüm*, venio, *q. Ital.*, *ſtò*, *vado venendo*, كليورسن *gelijürſin*, venis, كليور *gelijür*, venit. كليورز *gelijüryz*, venimus, كليورسز *gelijurſyz*, venitis, كليورلر *gelijürler*, veniunt. كليور *gelijür* eſt vulgare, & communiter etiam in literis adhibetur, كليورر *gelijürür*, & كليوريور *gelijürijür*, pro Doctioribus, & meo judicio regularius.

Præteritum Imperfectum.

Sing. سور ايدم *ſewer idüm*, vel communiter سوردم *ſewerdüm*, amabam.
سور ايدك *ſewer idün-*, vel سوردك *ſewerdün-*, amabas.
سور ايدي *ſewer idy*, vel سوردي *ſewerdy*, amabat.
Plur. سور ايدك *ſewer idük*, vel سوردك *ſewerdük*, amabamus.
سور ايدكز *ſewer idün-üz*, vel سوردكز *ſewerdün-üz*, amabatis.
سورلر ايدي *ſewerler idy*, vel سورلردي *ſewerlerdy*, amabant.

Alterum Imperfectum.

Sing. سور ايمشم *ſewer imiſem*, amabam (& aliquando amo.)
سور ايمشسن *ſewer imiſſyn*, amabas.
سور ايمشدر vel سور ايمش *ſewer imiś*, amabat.
Plur. سور ايمشز *ſewer imiſyz*, amabamus.
سور ايمشسز *ſewer imiſſyz*, amabatis.
سورلر ايمش *ſewerler imiś*, amabant.

Fiunt hæc Imperfecta à tertia perſona Præſentis, addito Imperfecto Verbi ſubſtantivi, & in primo quidem ايدم *idüm*, vel contractè دم *düm*, & in ſecundo ايمشم *imiſem*, *vel* contractè مشم *miſem*, cui aliquando, in Literis præſertim, addunt در *dür* in omnibus perſonis.

Huc etiam redit quod dixi de Præſenti; Dicitur enim كليوردم *gelijürdüm*, veniebam, كليوردك *gelijürdün-*, veniebas, *ſtaui venendo*, &c. quando ipſam actionem continuatam tunc inſtanter in fieri exprimere vis.

Atque à tertia pluralis, ubi dicitur سورلر ايدي *ſewerler idy*, non verò سورديلر *ſewerdiler*, patet, quod antea dixi, illud سور *ſewer* verè eſſe Participium, quaſi dicatur, erant amantes, *ſeu* qui amabant.

Præteritum perfectum primum.

Sing. سودم *ſewdüm*, amavi.
سودك *ſewdün-*, amaviſti.
سودي *ſewdy*, amavit.
Plur. سودك *ſewdük*, amavimus.
سودكز *ſewdün-üz*, amaviſtis.
سوديلر *ſewdiler*, amaverunt.

Fit ab Infinitivo mutato مك *mek*, vel مق *mak* in دم *düm*, quod poſt duras conſonantes in Capite tertio primæ partis ſpecificatas legitur *tüm.*

Præteritum perfectum ſecundum.

Sing. سومشم *ſewmiſem*, vel *ſewmiſim*, amavi.

سومشسن *ſewmiś ſyn*, amâſti.
سومشدر *ſewmiśtür*, vel سومش *ſewmiś*, amavit.
Plur. سومشز *ſewmiśyz*, amavimus.
سومشسز *ſewmiśſyz*, amâſtis.
سومشلردر *ſewmiślerdür*, vel سومشلر *ſewmiśler*, amaverunt.

Fit à Præterito Participii, addito Præſenti Verbi auxiliaris ſubſtantivi م *em*, vel *im*, &c. quaſi diceres سومش ام *ſewmiś em*, ſum qui amavi. Præteritum autem Participii formatur ab Infitivo, mutato مك *mek*, vel مق *mak* in مش *miś*, cui, ut modò dixi, bene addi poteſt, *pec.* in ſcribendo در *dür* in ſingulis perſonis, ut سومشمدر *ſewmiśemdür*, amavi.

Præteritum pluſquam perfectum.

Sing. سومش ايدم *ſewmiś idüm*, vel سومشدم *ſewmiśdüm*, amaveram.
سومش ايدك *ſewmiś idün-*, amaveras.
سومش ايدى *ſewmiś idy*, amaverat.
Plur. سومش ايدك *ſewmiś idük*, amaveramus.
سومش ايدكز *ſewmiś idün-üz*, amaveratis.
سومشلر ايدي *ſewmiśler idy*, amaverant.

Formatur à Præterito Participii, & ab Imperfecto Verbi ſubſtantivi, unde etiam poteſt dici سومش ايمشم *ſewmiś imiśem*, amaveram, سومش ايمشسن *ſewmiś imiś ſyn*, amaveras, &c.

Dicitur præterea سودم ايدي *ſewdüm idy*, amaveram, سودك ايدي *ſewdün- idy*, amaveras, &c. Hoc eſt Perfectum per ſingulas perſonas conjugatum additâ tertiâ perſonâ Imperfecti Verbi ſubſtantivi; aut certè nonnunquam accommodando perſonas Verbi ſubſtantivi perſonis Verbi conjugandi, سودم ايدم *ſewdüm idüm*, amaveram, سودك ايدك *ſewdün- idun-*, amaveras, &c. Immò è contra dicitur etiam سودى ايدم *ſewdy idüm*, amaveram, سودي ايدك *ſewdy idün-*, amaveras, &c. conjugato Imperfecto Verbi ſubſtantivi, & præpoſitâ tertiâ Singulari Præteriti perfecti Verbi conjugandi: ſed hoc rariùs.

Futurum, *ut Præſens.*

Sing. سورم *ſewerüm*, amabo.
سورسن *ſewerſin*, amabis.
سور *ſewer*, amabit.
Plur. سورز *ſeweryz*, amabimus.
سورسز *ſewerſyz*, amabitis.
سورلر *ſewerler*, amabunt.

Redditur tamen ſæpe Futurum per Verbi ſubſtantivi Præſens, & Participii proprii Futurum, ſic

Sing. سوجك ايم vel سوجكم *ſeweğegim*, vel *ſeweğegem*, amabo, *q.* amaturus ſum.
سوجكسن *ſeweğekſyn*, amabis, amaturus es.
سوجكدر *ſeweğektür*, amabit, amaturus eſt.
Plur. سوجكز *ſeweğegüz*, amabimus, amaturi ſumus.
سوجكسز *ſeweğekſyz*, amabitis, amaturi eſtis.
سوجكلردر *ſeweğeklerdür*, amabunt, amaturi ſunt.

Vel per alterum, quantumvis rariùs, Participii Futurum, ſic

Sing. سوسرم vel سويسرم *ſewiſerym*, vel *ſewiſerem*, amabo, amaturus ſum.
سوسرسن *ſewiſerſyn*, amabis.
سوسردر *ſewiſer dür*, vel uſit. سويسر *ſewiſer*, amabit.
Plur. سوسرز *ſewiſeriz*, amabimus.
سوسرسز *ſewiſerſyz*, amabitis.
سوسرلر *ſewiſerler*, amabunt.

Vel سومسوايم *ſewmelü im*, سوملوسن *ſewmelüſin*, &c. *Idem*, amabo, amaturus ſum, &c.

Dicitur

Dicitur præterea & ſæpe سوديم vel سويم *ſeweim*, amabo, *& rariùs* سويز *ſeweiz*, ac سوەلم *ſewelüm*, amabimus; nec in cæteris perſonis uſitatur, immò hæ ipſæ primæ perſonæ videntur referri ad Imperativum.

Aliquando etiam venit pro Futuro Præſens Potentialis, *ſeu* Optativi سوم *ſewem*, amem, *pro* amabo, per omnes perſonas conjugatum.

Porrò redditur etiam Futurum per ſecundum Præſens Conjunctivi, addito كرك *gerek*, oportet, ſic

Sing. سوسم كرك *ſewſem gerek*, amabo, debeo amare, oportet amem.
سوسك كرك *ſewſen-gerek*, amabis
سوسه كرك *ſewſe gerek*, amabit.
Pl. سوسك كرك *ſewſek gerek*, amabimus.
سوسكز كرك *ſewſen-üz gerek*, amabitis.
سوسەلر كرك *ſewſeler gerek*, amabunt.

Dantur præterea in Indicativo frequentia, & rariùs in aliis modis alia Tempora mixta, nimirum formata ex Temporibus Verbi regularis اولمق *olmak*, & participiis proprii verbi, ut à Perfecto اولدم *oldüm vel* اولمشم *olmiśem*, fui, ſeu factus ſum, & participio præſentis, quod eſſe tertiam ſingularem præſentis Indicativi diximus, fit Præteritum, quod præteritum præſenti mixtum vocari poteſt, ut à سور *ſewer*, amans, & amat, formatur سور اولدم *ſewer oldüm*, *q.* factus ſum amans, ſeu amavi, adamavi, *quaſi dicas*, cùm priùs non amarem, factus ſum amans, cœpi amare, amorem concepi, *aut ſaltem* de me dici poteſt quòd amem. Sic autem conjugatur

Sing. سور اولدم *ſewer oldüm*, amavi, ſeu adamavi.
سور اولدك *ſewer oldün-*, amaviſti.
سور اولدي *ſewer oldy*, amavit.
Pl. سور اولدق *ſewer olduk*, amavimus.
سور اولدكز *ſewer oldün-üz*, amaviſtis.
سور اولديلر *ſewer oldyler*, amaverunt.

Et quia præſens fermè idem eſt apud Turcas quod Futurum, ſic etiam poteſt, licèt rariùs, ſumi pro Futuro, ut ſignificet *amaturus factus eſt, ſeu amabit.*

Poteſt pariter ex Imperfecto اولوردم *olurdüm*, & participio verbi formari Imperfectum سور اولوردم *ſewer olurdüm*, fiebam amans: ſed vix in Indicativo uſurpatur, bene autem in Optativo, fierem amans, amarem, ſeu dici poſſem amare.

Rurſus ex Participio præteriti & اولدم *oldüm*, fit præteritum duplex سومش اولدم *ſewmiś oldum*, factus ſum amans, ſeu qui amavi, amavi *vel* amaveram, ferè ut *Gall.* I'ay eu aimé, quod ſic conjugatur

Sing. سومش اولدم *ſewmiś oldüm*, amavi vel amaveram, aut amavero.
سومش اولدك *ſewmiś oldün-*, amaveras.
سومش اولدي *ſewmiś oldy*, amaverat.
Pl. سومش اولدق *ſewmiś olduk*, amaveramus.
سومش اولدكز *ſewmiś oldün-üz*, amaveratis.
سومش اولديلر *ſewmiś oldyler*, amaverant.

Porrò ex Futuro verbi ſubſtantivi اولورم *olurüm*, & participio præteriti proprii verbi fit Futurum præterito mixtum سومش اولورم *ſewmiś olurüm*, *q.* fiam amans, ſeu qui amaverim, quod futuro noſtro in *ro* utcunque reſpondet, ac ſic conjugatur

Sing. سومش اولورم *ſewmiś olurüm*, amavero, *hauerò amato*, i'auray aimé.
سومش اولورسن *ſewmiś olurſyn*, amaveris.
سومش اولور *ſewmiś olur*, amaverit.
Pl. سومش اولورز *ſewmiś olurüz*, amaverimus.
سومش اولورسز *ſewmiś olurſyz*, amaveritis.
سومش اولورلر *ſewmiś olurlar*, amaverint.

Imperativus, & Permiſſivus.

Sing. سو *ſew*, ama.
سوسون *ſewſün*, amet.
Plur. سولم *ſewelüm*, amemus.
سوك *ſewün*- *vel* سوكز *ſewün-üz*, amate.
سوسونلر *ſewſünler*, ament.

Formatur ab Infinitivo, ſublato مك *mek vel* مق *mak*. In illis autem verbis, quæ ante مك *mek vel* مق *mak* habent vocalem noſtram non expreſſam per ا و ي, additur finalis otioſa ه *he*; omnes enim conſonantes in fine Turcici vocabuli ſunt *ǵeſmata* præter hanc finalem ه *he* otioſam, quæ legitur ut *e* vel *a*, *v.g.* à سويلمك *söjlemek*. loqui, fit سويله *söjle*, loquere: سويل enim legeretur *söjl*, quod ne fiat, additur illud ه ut legatur سويله *söjle*, unde in tertia perſona, quæ fit ab ipſa hac ſecunda addito سون *ſün*, poteſt jam ſcribi سويلسون *söjleſün*, loquatur. Sic ab اوقمق *okumak* legere, *vel* invitare, fit اوقو *oku* lege, invita, اوقوسون *vel* اوقسون *okuſun*, legat, invitet. Sed hoc poteſt etiam, immò ſolet ſcribi اوقومق *okumak*.

Prima autem pluralis, fit à modò dicta ſecunda ſingulari addito لم *elüm vel alüm*, quod *e*, vel *a*, ſæpe expreſsè ſcribitur per ه finale, ut in exemplo vides. Aut, ſi mavis, fit à tertia præſentis & futuri Optativi ſeu Potentialis Modi addito لم *lum*. In verbis autem, quæ in ſecundâ Imperativi terminantur vocali, ne duæ concurrant vocales, interſeritur conſonans ي *j*, & ſic loco *e* vel *a* ante *lüm* legitur *je* vel *ja*, *v.g.* à سويله *söjle*, loquere, fit Plurale سويليهلم ſeu, ut poteſt etiam ſcribi, سويليلم *söjlejelüm*, loquamur. Sic ab آولمق *awlamak*, venari, fit آوله *awla*, venare, آوليهلم *vel* آوليلم *awlajalüm*, venemur; quod ubique obſervandum.

Additur ſæpe Imperativo & præſertim ſecundæ ſingulari particula كل *vel* كيل *gil* in hac conjugatione, & غل aut غيل *ghyl* in ſecunda, ut سوكل *ſew gil*, ama, بقغل & بقغل *bakghyl*, aſpice; ſed hoc tantùm in libris.

Frequentiùs autem, *pec.* in vulgari ſermone, eidem ſecundæ ſingulari additur *a* ſive per ا *elif*, ſive per ه *he* finale expreſſum, & dicitur سوه *vel* سوا *ſewa*, ama, amato, كله *gele vel giela*, veni, venito, بقه *baka*, aſpice, vide, planè ſicut Poloni ſuo Imperativo addunt ȝe & dicunt, miłuyȝe / amato, przyidȝȝe / venito, patrȝȝe / aſpicito, videto, &c.

Potentialis quoque ſeu Optativus ſequens uſurpatur nonnunquam pro Imperativo.

Optativo autem præponi ſolent particulæ كه *ki* ut, اولهكه *ola ki*, forte ut, fiat ut, & adhuc ut, نه اوله *ne ola*, *vel* نه اولهكه *ne ola ki*, ſeu vul. نولهكه *nolaki* utinam; q. quid ſi.., aut in præteritis نه اولايدي *ne olajdy*, *vel vul.* نولايدي *nolaidy*, cui rariùs addunt كه *ki* نولايديكه *nolaidy ki*, quid ſi.., ô ſi.., بولايكي *bulajki*, *bolajki* utinam, & frequentiſſimè Perſicum كاشكي *vel* كاشكه *kaški*, aut corruptum كشكه *keške*, utinam, الله ويرسونكه *allāh wirsün ki*, & ſine كه *ki* الله ويرسون *allāh wirsün*, *vel* ويره *wire*, det, faxit Deus, utinam, & in præteritis الله ويريدي *allāh wireidy*, utinam, *Voleſſe Iddio che, &c.* Eſt ergo

Optativi præſens & Futurum.

Sing. سوم *ſewem*, amem.
سوهسن *ſeweſyn*, ames.
سوه *ſewe*, amet.
Plur. سووز *ſewewuz*, amemus.
سوهسز *ſeweſyz*, ametis.
سولر *ſeweler*, ament.

Fit à prima Plurali Imperativi mutato لم *lüm* in م *m*. Unde dicimus à سويليلم *söjlejelüm*, loquamur, سويليم *söjlejem*, loquar, سويليهسن *söjlejeſyn*, loquaris, &c. Sic آولايم *aw ajam*, vener, آوليهسن aut, ut ſcribi etiam poteſt, آوليهسن *awlajaſyn*, veneris, &c. Loco سووز *ſewewüz*, amemus, dicunt nonnulli سويز *ſeweiz*.

Præ-

Præſens & Imperfectum.

Sing: سوه ايدم *vel uſit.* سويدم *ſeweidüm*, amarem, *amaſſi*.
سويدك *ſeweidün-*, amares.
سويدي *ſeweidy*, amaret
Pl. سويدك *ſeweiduk*, amaremus.
سويدكز *ſeweidun-üz*, amaretis.
سولر ايدي *ſeweler idy*, *vel* سولردي *ſewelerdy*, *rariùs* سويديلر *ſeweidiler*, amarent.

Fit à tertia Præſentis præcedentis Optativi, addito ايدم *idüm*, aut contractè يدم *idüm*. Cæterùm ſine ulla particula adjuncta poteſt etiam ſignificare, *utinam amarem*, *ô ſi amarem*, & ſimpliciter, *ſi amarem* aut *amaviſſem*; nam ponitur etiam ſæpe pro Pluſquamperfecto.

Imperfectum ſecundum, quod Italis in *rei*.

Sing. سوردم *ſewerdüm*, amarem, *amerei*. سوردك *ſewerdün-*, amares, *amereſti*. سوردي *ſewerdy*, amaret, *amerebbe*, *&c.*
Eſt ipſum Imperfectum Indicativi.

Præteritum perfectum.

Sing. سومش اولام اولم *ſewmiš olam*, amaverim, *q.* ſim, qui amaverim, *habbia amato*,
سومش اولاسن vel سومش اولەسن *ſewmiš olaſyn*, amaveris.
سومش اولا vel سومش اوله *ſewmiš ola*, amaverit,
Plur. سومش اولاوز vel سومش اولەور *ſewmiš olawüz*, amaverimus.
سومش اولاسز اولەسز *ſewmiš olaſyz*, amaveritis.
سومش اولالر اولەلر *ſewmiš olalar*, amaverint.

Fit à Præterito Participii proprii Verbi, & à Præſenti *vel* Futuro Optativi Verbi ſubſtantivi اولمق *olmak*.

Pluſquam perfectum.

Sing. سومش اولايدم vel سومش اوليدم *ſewmiš olaidüm*, amaviſſem, *haueſſi amato*.
سومش اولايدك *ſewmiš olaidun-*, amaviſſes.
سومش اولايدي *ſewmiš olaidy*, amaviſſet.
Plur. سومش اوليدق *ſewmiš olaidük*, amaviſſemus.
سومش اوليدكز *ſewmiš olaidün-üz*, amaviſſetis.
سومش اولەلر ايدي *ſewmiš olalar idy*, & rariùs سومشلر اولايدي *ſewmišler olaidy*, amaviſſent.

Fit ab Imperfecto Optativi Verbi ſubſtantivi, & à Præterito Participii proprii.

Pluſquam perfectum ſecundùm, quod Italicè in *rei*, *h. e.* ſine particulis illis adhibetur, poteſt fieri ſimiliter ab Imperfecto Indicativi Verbi اولمق *olmak*, nempe اولوردم *olurdüm*, & à Participio Præteriti proprio, ſic سومش اولوردم *ſewmiš olurdüm*, *q.* fierem, *aut* factus eſſem ille, qui amaviſſem, *i. e.* amaviſſem, *haurei amato*, سومش اولوردك *ſewmiš olurdün-*, amaviſſes, &c. Sed ſæpe utuntur Imperfecto *loco* Pluſquamperfecti, & dicunt سوردم *ſewerdüm*, *pro* amaviſſem, *havrei amato*. سوردك *ſewerdün-*, amaviſſes, &c.

Futurum eſt idem cum primo Præſenti سوم *ſewem*, amem, *ami*.

Subjunctivi *ſeu* Conditionalis modi tempus Præſens & Futurum.

Sing. اكر سور ايسم *eger ſewer iſem*, vel سورسم *ſewerſem*, ſi amem, ſi amabo, amavero.
سورسك *ſewerſen-*, ſi ames, amabis, &c.
سورسه *ſewerſe*; ſi amet.
Plur. اكر سورسك *eger ſewerſek*, ſi amemus, amabimus, amaverimus.
سورسكز *ſewerſen-üz*, ſi ametis.
سورلرسه *ſewerler ſe*, ſi ament.

Formatur à tertia Præſentis Indicativi *ſeu* Participio in ر *er*, & Præſenti Subjunctivi Verbi ſubſtantivi ايسم *iſem*, vel contractè سم. Cùm autem, ut antea dixi, tempora Optativi confundantur cum Subjunctivi temporibus, poteſt etiam dici, licèt rariùs, اكرسوم *eger ſewem*, ſi amem, non tamen è contra بولايكي سورايسم *bulaiki ſewer iſem*, utinam amem, *vel* تاكه سورسم *tāki ſewerſem*, ut amem; ſed debet dici بولايكي سوم *bulaiki ſewem*, تاكه سوم *tāki ſewem*.

Nota autem, quòd demptâ particulâ اكر *eger*, ſignificet nihilominus سورسم *ſewerſem*, ſi amem, æquè ac ſi expreſſum fuiſſet اكرسورسم *eger ſewerſem*. Quod evenit in aliis omnibus hujus Subjunctivi *ſeu* Conditionalis Modi temporibus.

Non ſolùm autem cum hâc particula اكر *eger* adhibetur hic Modus, ſed etiam quotieſcunque Pronomen aliquod interrogativum, non interrogativè, ſed quaſi conditionaliter poſitum præcedit, Verbum eſſe debet in hoc Subjunctivo, ut قنغيسي سورسه الور *kanghyſi ſewerſe alur*, qui *vel* quicunque *ex illis* amaverit, accipiet. Sic نه سويلرسك سويله *ne söjlerſen- söjle*, quicquid dicas, dic, &c. Quod de aliis temporibus etiam intellige.

Eſt & aliud Præſens idem ferè ſignificans, ſed quod non rarò Imperfectum, aut etiam Pluſquam perfectum importat, & eſt

Præſens & Imperfectum.

Sing. سوسم *ſewſem*, ſi amem, etſi amem, amarem, *etiam* amâſſem.
سوسك *ſewſen-*, ames, amares.
سوسه *ſewſe*, amet.
Plur. سوسك *ſewſek*, amemus.
سوسكز *ſewſen-üz*, ametis.
سوسهلر *ſewſeler*, ament.

Fit ab Infinitivo mutato مك *mek*, vel مق *mak* in سم *ſem*. Sic dicitur سوسم كرك *ſewſem gerek*, oportet amem, *&* amabo. سوسه اولور *ſewſe olür*, ſi amem, fiet, *i.e.* eſſe poteſt *aut* fieri, ut amet. سوسه عجبدر *ſewſe ägebtür*, mirum eſt, ſi amet. اسكي دوست دشمن اولمز اولسهده يراشمز *eski doſt düsmen olmaz olſada iaraśmaz*. Antiquus amicus non fiet inimicus, & ſi, *vel* etiamſi fiat, non quadrat.

Imperfectum ac Pluſquamperfectum.

Sing. سوسه ايدم, vel سوسيدم *ſewſeidum*, ſi amarem, *vel* amaviſſem.
سوسيدك *ſewſeidün-*, ſi amares, *vel* amaviſſes.
سوسيدي *ſewſeidy*, ſi amaret, *vel* amaviſſet.
Plur. سوسيدك *ſewſeidük*, ſi amaremus, *vel* amaviſſemus.
سوسيدكز *ſewſeidun-üz*, ſi amaretis, *vel* amaviſſetis.
سوسهلرايدي *ſewſeler idy*, ſi amarent, *vel* amaviſſent.

Fit à tertia ſingulari Præſentis Subjunctivi & Imperfecto Indicativi Verbi ſubſtantivi ايدم *aut* contracto يدم *idüm*, ut vides. Nota autem, quòd in eadem ſignificatione veniat ſæpe Imperfectum Optativi سويدم *ſeweidum*, quod etiam poteſt ſignificare, *ſi amarem*, vel *amaviſſem*.

Præteritum perfectum.

Sing. سومش ايسم *ſewmiś iſem*, vel rariùs سومشسم *ſewmiśſem*, ſi amaverim.
سومش ايسك *ſewmiś iſen-*, ſi amaveris.
سومش ايسه *ſewmiś iſe*, ſi amaverit.
Plur. سومش ايسك *ſewmiś iſek*, ſi amaverimus.
سومش ايسكز *ſewmiś iſen-üz*, ſi amaveritis.
سومشلر ايسه *ſewmiśler iſe*, vel سومش ايسهلر *ſewmiś iſeler*, ſi amaverint.

Fit à Præſenti Subjunctivi Verbi ſubſtantivi ايسم *iſem*, & Participio præſentis temporis proprii Verbi.

Loco hujus dicitur etiam سودي ايسم *ſewdy iſem*, ſi amaverim, سودي ايسك *ſewdy iſen-*, ſi amaveris, &c. addito tertiæ perſonæ Perfecti Indicativi Præſenti Subjunctivi verbi-

ti ſubſtantivi ايسم *iſem* per omnes perſonas conjugati, aut etiam per tertiam perſonam hujus Præſentis, nempe ايسه, & per Perfectum Indicativi conjugatum ſic سودم ايسه *ſewdüm iſe*, ſi amaverim, سودك ايسه *ſewdün iſe*, ſi amaveris, &c.

Poteſt etiam dici سومش اولسم *ſewmiś olsæm*, ſi amaverim, vel ſi amavero, *q.* ſi factus ſim vel fiam amans, ſeu qui amaverim, سومش اولسك *ſewmiś olſan-*, ſi amaveris, &c. nimirum ab altero Præſenti اولسم *olſæm* loco ايسم *iſem*.

Pluſquam perfectum.

Sing. سومش اولسيدم *ſewmiś olſaidüm*, & اولايدم *ſewmiś olaidüm*, ſi amaviſſem.
سومش اولسيدك *ſewmiś olſaidün-*, ſi amaviſſes.
سومش اوسيدي *ſewmiś olſaidy*, ſi amaviſſet.
Pl. سومش اولسيدق *ſewmiś olſaidük*, ſi amaviſſemus.
سومش اولسيدكز *ſewmiś olſaidün-üz*, ſi amaviſſetis.
سومش اولسيديلر *ſewmiś olſaidiler vel* اولسهلر ايدي *olſælar idy*, ſi amaviſſent.

Fit à Participio præteriti temporis proprii verbi & Imperfecto ſubjunctivi aut Optativi verbi ſubſtantivi. Invenitur etiam سومشيدم *ſewmyſſeidüm*, ſi amaviſſem, & سومسم *ſewmyſſem*, *Idem*, ut پيغمبرمشه *peighæmber myſſe*, ſi fuiſſet, aut eſſet Propheta. *Teſ.* Sed hoc rarum eſt.

Futurum ſubjunctivi præterito mixtum.

Sing. سومش اولورسم *ſewmiś olurſæm*, ſi amavero, *ſe haurò amato.*
سومش اولورسك *ſewmiś olurſæn-*, amaveris.
سومش اولورسه *ſewmiś olurſæ*, amaverit.
Pl. سومش اولورسق *ſewmiś olurſæk*, ſi amaverimus.
سومش اولورسكز *ſewmiś olurſæn-üz*, ſi amaveritis.
سومش اولورلرسه *ſewmiś olurlarſæ*, ſi amaverint.

Fit à Participio Præteriti temporis & Futuro Subjunctivi Verbi ſubſtantivi. Cæterùm, ſi purum ſit Futurum, utere Præſenti hujus Subjunctivi, & dic سورسم *ſewerſem*, ſi amabo, ſi amem, ut ſuprà habes conjugatum. Poteſt etiam optimè dici سوجك ايسم *ſewegek iſem*, vel سوجك اولورسم *ſewegek olurſæm*, ſi amabo, *aut* ſi amaturus ero *vel* fuero, سوجك ايسك *ſewegek iſen-*, vel سوجك اولورسك *ſewegek olurſæn-*, ſi amaturus ſis *vel* fueris, *&c.* à Participio Futuri & Præſenti *vel* Futuro Subjunctivi Verbi ſubſtantivi.

Futurum aliàs latinum in *ro* ſæpe redditur per سودكدن صكره *ſewdükten ſon-ra*, *q.* poſt amaviſſe, *doppo hauer amato*, apres avoir aimé, ubi, poſtquam amavero, amaveris, amaverit, amaverimus, amaveritis, amaverint, *vel* per alia Gerundia سوب *ſewüb*, سوجك *ſewigek*, سودكده *ſewdükte*, poſtquam amavero, is, it, &c. de quibus infrà.

Eſt & modus peculiaris unius temporis, perſonæ & numeri, *ſeu* potiùs ſub una forma applicativus omnibus temporibus perſonis & numeris سوجه *ſewinge*, donec, *vel* uſque dum amem, ames, &c. quod aliquando reddi poteſt per *interea dum amem*, *amarem*, *es*, *&c.* & per *amando;* unde ad Gerundium potiùs referatur, ut infrà. Dicitur autem, ſaltem in vulgari ſermone, etiam سوجز *ſewingez*, pro سوجه *ſewinge*. Sed hic Modus, *ſeu* hoc Gerundium in Verbis negativis aliam quodammodo ſignificationem importat, ut infrà in Paradigmate Negativi Verbi videbis.

Infinitivus.

سومك *ſewmek*, Amare.
Eſt ipſum thema Verbi.

Pro Præterito Infinitivi poſſet dici سومش اولمق *ſewmiś olmak*, amaviſſe, *q.* eſſe *aut* fieri eum, qui amavit, amaverat, *vel* amaverit, nempe ab Infinitivo Verbi ſubſtantivi اولمق *olmak*, & Participio Præteriti temporis proprii Verbi: Sed non uſurpatur niſi materialiter *aut* nominaliter, & quidem rariſſimè. سودك *ſewduk* etiam videtur ſignificare *amaviſſe*, ſed de hoc in Participiis agetur.

Sic pro Futuro poteſt adhiberi Futurum Participii cum eodem اولمق *olmak*, & dici سوجك اولمق *ſewegek olmak*, amaturum eſſe, *vel* fieri.

Obſer-

Obſervandum hîc, quod ſuprà innui, Infinitivum nominaſcere ac declinari, ut nomen & admittere affixa poſſeſſiva, etiam præpoſitiones, ferè ut in Italicis fieri contingit. Sic in Genitivo سومكك *ſewmegün-*, amandi, ſeu τῦ amare, *dell' amare*, Dat. سومكه *ſewmege*, amando, ſeu τῷ amare, & ad amandum, & amatum, *all' amare*, & *ad amare*. Accuſ. سومكي *ſewmegi*, amare, *l'amare*. Abl. سومكدن *ſewmekten*, ab amando, *dall' amare*: In Plurali سومكلر *ſewmekler*, ſed minùs uſitatum; pro quo ſæpiùs utuntur Plurali alterius Infinitivi declinabilis, quod fit dempto ك *kef* finali, & ſuppoſito ejus loco finali ه *he*, ut fiat سومه *ſewme*, amare, *l'amare*, in Genitivo سومهنك *ſewmenun-* τῦ, amare, *dell' amare*, سومهيه *ſewmeje*, سومهي *ſewmei*, سومهدن *ſewmeden*. *Pl.* سومهلر *ſewmeler*, سومهلرك *ſewmelerün-*, &c. regulariter. Item cum præpoſitione سومكده *ſewmekte*, & سومهده *ſewmede*, in amando, *nell' amare*, & inter amandum, *ſeu* dum amat, dum amaret, &c. سومكدن صكره *ſewmekten ſon-ra*, poſt amare, *ſeu* poſt actum amoris, *doppo l'amare*, سومكله *ſewmeg ile*, cum amando, cùm amem, es, et, &c. *aut* cùm amarem, amaverim, is, &c.. *con l'amare*, *cor amare*, *per hauer amato, &c.* سومك ايچون *ſewmek iciün*, ad, *vel* propter amandum, *per amare*, *ad amare*, سومك اوزره *ſewmek üzre*, juxta amare, cum pacto amandi, ad amandum, & uſque ad amandum, & ſimilia.

Cùm autem habent addita ſibi affixa poſſeſſivorum, amittunt plerumque ultimam literam ك *kef vel* ق *kaf*, *v.g.* rariùs dicunt سومكم *ſewmegüm*, potiùs dicunt سومم *ſeu* سومهم *ſewmem*, *vel* بنم سومم *benüm ſewmem*, meum amare, *il mio amare*, سومك *ſewmen-*, tuum amare, سومسي *ſewmeſi*, ejus amare, سومز & سومهمز *ſewmemiz*, noſtrum amare, سومكز *ſewmen-üz*, veſtrum amare, سومهلري *ſewmeleri*, eorum & ejus amare, *il loro amare*, uti dicebamus in nomine بابالري *babal ri*, eorum pater, & ejus patres. Quorum omnium adſunt exempla plurima, *v. g.* هر اغلمهنك كولمهسي واردر *her aghlamanun- gülmeſi war dür*, quodlibet flere habet ſuum ridere, fletum ſequitur riſus, *vel aliter*, كلمم مقرردر *gelm m mukærrer dür*, meum venire certum eſt, *pro* certum eſt me venturum. Sic *gitmeden ewwel*, antequam irem, ires, &c. iverim, ris, &c. pro omnibus temporibus & perſonis, *Ital. auanti di, ò dell' andare*, *Gall.* devant, avant que d'aller, ou d'eſtre allé, &c., quod tamen dici poteſt regulariter كتمكدن اول *gitmekten ewwel*. Pro quo etiam optimè dicitur, quando eſt utrumque verbum in eadem perſona كتمدين اني ايلمشدر *gitmedin ani ejlemiſtür*, antequam iret, fecit, *q.* abſque eo quòd iret fecit. In hujus autem ſenſus phraſi ſi verbum ſequens ſit Negativum optimè dicitur. كتميحه ايلمز *gitmeinğe ejlemez*, non faciet antequam aut abſque eo quòd, *vel* niſi eat, non faciet, aut facere haud poteſt.

Scias præterea huic Infinitivo addi ſæpe ين *in*, ad ſignificandam cauſam ſequentis affirmationis. Quod exemplo fiat clarius. Quando à principio periodi aut ſenſus ponis cauſam, ſic, *quia hoc & hoc factum eſt, ideo id taliter & taliter fiet*: tunc illud *quia* cum Verbo optimè redditur Turcicè per Infinitivum in كين *gin*, vel غين *ghyn*, ut سومكين *ſewmegin*, quia amavi, amaviſti, amavit, amavimus, amaviſtis, amaverunt. *Item* quia amo, as, amabam, as, amaveram, as, *&c.* quod pariter reddi poteſt latinè per *cùm amem, es, amaverim, is, &c.* Unde etiam ſæpe uſurpatur in eadem ſignificatione سومكله *ſewmeg ile*, & سودكم اجلدن *ſewdügüm egilden*, cùm, eo quòd amaverim, amem, &c. & ſimilia, de quibus in ſequentibus.

Gerundia.

Gerundium in *di* ſæpe redditur per Infinitivum, ut اوقومق زماني دكل *okumak zemâni degül*, non eſt tempus legendi: aliquando per Futurum Participii, ut اوقوجغق زمان دكل *okujağtak zemân degül*, *q.* non eſt tempus, quo legatur, *ſeu* legendi: aliquando per Genitivum ejuſdem Infinitivi, ut اوقومغك *okumaghun-*, vel meliùs اوقومه نك فايدهسي نه *okumaghun- faideſi ne*? Quæ eſt utilitas legendi, *ſeu* lectionis: aliquando per Dativum Infinitivi, *aut* per præpoſitionem cum Infinitivo, juxta id, quod regunt Verba, ut چكشمكه سبب اولدي *čekiſmege ſebeb oldy*, fuit cauſa contendendi, *ſeu* contentionis, *q.* ad contendendum, *vel* quòd contenderetur; & in hoc quidem caſu, quia سبب *ſebeb* cum Synonimis conſtruitur plerumque cum Dativo, ſi ponatur pro ſecundo Nominativo Verbi ſubſtantivi. Nam aliàs dicimus قوغانك سببي بو ايش *kawghanün-ſebebi bu imiś*, cauſa conten-

contentionis aut rixæ hæc erat. Cæterùm cùm inter Verba Germani adhibent zu / Itali *di*, vel *à*, Galli *de*, vel *a*, plerumque redditur Turcicè per Dativum Infinitivi, ut يازمغه باشلدي *iazmagha baslady.* Incepit ſcribere. Er hat angefangen zu ſchreiben. *Hà cominciato à ſcriuere.* Il a commencè à, ou d'eſcrire.

Gerundium in *do* aliquot modis redditur; primò, per Participium, quod eſt tertia perſona Indicativi & Gerundium Verbi ſubſtantivi ايكن vel contractè كن *ken*, سور ايكن *ſewer iken*, *&* سوركن *ſewerken*, amando, & in actione continuata سويوركن *ſewejürken.* Et hoc ſemper poteſt aut debet reddi per *cùm*, vel *dum* amarem, amares, amaret, amaremus, amaretis, amarent. Nam ſi velis dicere, *dum amo, as, &c.* in Præſenti, ſæpius adhibetur Infinitivus cum præpoſitione ده *de*, سومكده *ſewmekte.*

Pro utroque autem ſæpe venit سوب *vel* سووب *ſewüp*, amando, quod fit ab Infinitivo, mutato مك *mek*, vel مق *mak* in وب *üb* ſeu *üp*, at in Verbis vocalem ante مك *mek*, vel مق *mak* habentibus in يوب *jüp*, ut سويليوب *söilejüp*, loquendo. Hoc Gerundium autem, aut, ſi vis, Aoriſtum in وب *üp* Gerundio utriuſque temporis Italico, nempe *amando, & hauendo amato*, Gallico pariter *aimant, & ayant aimé*, atque etiam illi Polonico in ßy / miłowawßy / umiłowawßy / & tandem Participio præteriti temporis formæ paſſivæ Verborum Deponentium Latinorum reſpondet, *v.g.* يتشوب اوردم *setiśüp urdüm*, ſeu vulg. *wurdüm.* Aſſecutus eum percuſſi. Da ich ihn erdapt hab ich ihn geſchlagen. *Hauendolo arriuato, l'hò percoſſo.* L'ayant atteint, ou attrappé, ie l'ay frappé. Dogoniwßy go vderzyłem. Hoc ipſum Gerundium in وب *üb* ſeu *üp* etiam in aliis ſignificationibus frequentiſſimè uſurpatur, maximè in libris & Literis aliiſque ſcripturis, & pro ſingulis quidem perſonis omnium temporum, ſequente altero Verbo, quod conjunctione copulativâ latinè connecteretur in eadem periodo, *v.g.* واروب كلمك *warüp gelmek*, ire & venire, اوقويوب يزارم *okujüp jazarüm*, lego & ſcribo, (quod tamen in Præſenti bene etiam dicitur ſic اوقوريزارم *okur jazarüm*, lego & ſcribo) Sic كوروب بلدم *görüp bildüm*, vidi & novi, ſcivi. Propriè tamen videtur Gerundium præteriti temporis, ut & سودكده *ſewdükte*, سودكدن صكره *ſewdükten ſon-ra*, de quibus mox in Participio سودك *ſewdük.*

Eſt & aliud Gerundium Præteriti temporis & Præterito-futuri, quod fit mutato مك *mek*, vel مق *mak* in نجك *igek*, vel نجق *igiak*, ut سونجك *ſewigek*, poſtquam amavi, amaviſti, amavit, amavimus, amaviſtis, amaverunt, & poſtquam, cùm amavero, amaveris, amaverit, amaverimus, amaveritis, amaverint, *Ital. Doppo di hauer amato. Gall.* Apres avoir aimé.

Secundò & magis propriè Gerundium in *do* redditur per tertiam perſonam ſingularem Optativi præſentis addito رك *rek*, vel رق *rak*, ut سورك vel uſit. abſque ه *he*, سورك *ſewerek*, amando, بقرق *bakarak*, aſpiciendo, ايرلايەرق *irlajarak*, cantando, ſignificatque actionem continuatam, nec bene poteſt reddi per *dum*, vel *cùm amarem, &c.* ſed tantùm per Gerundium in *do*, vel per Participium in *ns*, cantando *vel* cantans. Sic قالقرق دوشرك *kalkarak düserek*, Perſ. افتان وخيزان *üftānü chyzān*, modò ſurgendo, modò cadendo, *ſeu* cadendo identidem ac ſurgendo, ſæpeque hoc Gerundium geminatur ad intendendam ſignificationem, ut fit etiam Italicè ايرلايەرق ايرلايه رق *irlajarak irlajarak*, continuò aut identidem cantando, *cantando cantando.* Et hoc iterum quodammodo intenditur per aliud Gerundium, quod terminatione coincidit cum tertia ſingulari Optativi سوه *ſewe*, nec admodum in hujuſmodi Gerundii ſignificatione uſurpatur niſi geminatum, *v.g.* كوله كوله بايلدم *güle güle baildüm*, ridendo ridendo deliquium ſubii, *h. e.* ad deliquium uſque riſi. Gallus diceret, Ie me ſuis paſmé de rire, ou a force de rire. Sic dicunt اوتره اوتره اوصاندم *otura otura oſandüm.* Sedendo ſedendo tædio affectus ſum; *Germ.* Ich bin deß ſo vielen ſitzens überdrüſſig. Italus diceret: *Mi è venuto à tedio, ò ſono ſtuffo di tanto ſedere. Gall.* Ie ſuis las d'eſtre aſſis, *Pol.* Vprzykrzyło mi ſię tak długo ſiedzieć / *h. e.* ex nimis diuturna ſeſſione nauſeam contraxi. Sic. واره واره كلدي *vara wara geldy*, eundo eundo pervenit, *q.* tam diu ivit, ut tandem pervenerit, &c. Rurſus چكه چكه *ceke ceke*, Perſ. كشان بركشان *kesān ber kesān*, trahendo trahendo, *Gall.* A force de tirer, ou de traiſner. Sic دوكه دوكه *döge döge*, feriendo feriendo, *q.* continuis verberibus aut ictibus, *Gall.* A force de battre, à coups de baſton.

Hoc autem Gerundium, *ſeu quaſi* Supinum in ه *e* non geminatum ſæpe venit pro-

Infinitivo ante certa Verba, ut ſunt بلمك *bilmek*, ſcire; *ſed tunc ſignificat* poſſe, كورمك *görmek*, videre; *ſed tunc ſignificat* attendere, applicare ſe, وارمق *warmak*, ire, كلمك *gelmek*, venire, *pro* ſolere, يوريمك *jürimek*, incedere, procedere, pergere, قومق *komak*, relinquere, يازمق *jazmak*, ſcribere; *ſed tunc infert aliam ſignificationem, ut ex exemplis patebit.* Sic dicitur ايده بلورميسين *ide bilürmiſyn*, poteſnè facere? اوقويه بلورم *okuja bilürüm*, legere poſſum. Sed in negatione non uſurpatur, quia negativum adeſt impotentiam ſignificans, quod vocamus *Impoſſibile*, & ſic dicendum erit ايدهمم *idemem*, non poſſum facere, اقويهمم *okujamam*, non poſſum legere. Sic ديه كوردي *dije gördy*, attendit dicere, perrexit dicere. *Si poſe à dire, atteſe à dire.* Stal mowić. طوره واردي *dura wardy*, ivit, abiit, & conſtitit, ſubſtitit, *andò, e reſtò così.* اوله يازدي *öle jazdy*. Vix non mortuus eſt, parum abſuit, quin moreretur. Er were bey nahe geſtorben. *Mancò poco, che non moriſſe, hà hauuto à morire.* Il penſa mourir, peu s'en fallut, qu'il ne mouruſt. Malo me umarł. اني اولدره يازدم *ani öldüre jazdüm*. Vix illum non occidi, parum abſuit, quin illum occiderem. Cui toti phraſi ſæpe etiam præponitur ازقالدي *az kaldy*, parum abſuit, ut ازقالدي بني اولدره يازدي *az kaldy beni öldüre jazdy*, parum abſuit quin me occideret, *ſeu* vix me non interfecit. *Poco mancò di ammazzarmi.* Peu s'en fallut, qu'il ne me tuaſt. اوله كلمك *ola gelmek*, ſolere eſſe, كيده يورر *gide jurür*, it, *q.* pergit eundo, *và caminando.* Verùm in ſcribendo ſæpiſſime ponitur loco finalis ه *e*, vel *a*, ي *i* & *a*, ut اولي كلدوكي اوزره *oly*, vel uſit. *ola geldügi üzre*, juxta id, quod conſuetum eſt, *aut* fieri ſolet. Sic ويري كلمشدر *wiri*, ſeu *wire gelmiſtür*, ſolet dare, ويريلي كلن *wirili*, ſeu *wirile gelen*, quod ſolet dari.

Cæterùm in his ultimis dixerim potiùs eſſe abſciſſa à Gerundio in وب *üp*, quaſi dicas كيدوب يورر *gidüp jürür*, eundo pergit, it; unde Præſens cujuſvis Verbi, ut ſuprà dictum eſt. Sic ويريلوب كلمش *wirilüp gelmiſ*, datum venit, *q.* datur & venit, *h. e.* dari ſolitum eſt. Sic etiam in nonnullis tollunt illud ب *p* finale Gerundii, uti dicunt ديو *dijü*, pro ديوب *dijüp*, dicendo, &c. Dicunt etiam اني قونو *eni konü*, pro انوب قونوب *enüp konüp*, deſcendendo & conſiſtendo, *q.* commodis itineribus & hoſpitiis, *& generaliter* commodè, utendo propriâ commoditate. Sic اورته قودي *örte kody*, eſt pro اورتوب قودي *örtüp kody*, *q.* texit id, & ſic tectum reliquit. *Lo coprì, e ſe n'andò, lo laſciò così coperto.* Verbum سووب *ſewüb* eſt regulare & magis uſitatum, ſed ex frequenti uſu fit, ut inveniatur pro eo سوو *ſewü*, سوي *ſewi*, *&* سوه *ſewe.*

Reddunt præterea Gerundium in *do* per præpoſitiones poſtpoſitas Infinitivo, ut سومكله *ſewmegile*, amando, cùm amem, es, *&* amaverim, is, &c. *con amare, per amare,* سومكده *ſewmekte*, in amando, *in amare, nell' amare*, dum amat, *mentre ama.* Item سونجه *ſewinge*, amando, donec amem, ames, &c. interea dum amo, as, amabam, as, amavi, iſti, &c. cùm amem, es, amarem, es, &c. ſtante quòd amem, es, &c. *amando, ſin che ami, amaſſi, habbia amato, habbi amato, &c. mentre amo, amauo, hò amato, hai amato, &c. in quel mentre che amo, amauo, amai, amerò, amerai, &c. ſtante ch'io ami, amaſſi, amaſti, &c.* Fitque hoc Gerundium سونجه *ſewinge* ab Infinitivo, mutato مك *mek*, vel مق *mak* in نجه *inge*, & in Verbis vocalem ante مك *mek*, vel مق *mak* habentibus in ينجه *inge*, ut سويلينجه *söjleinge*, loquendo, &c. Sic dicitur سن دوننجه صبرايدرم *ſen döninge ſæbr iderüm*, vel صبرايدرم سن دوننجه *ſæbr iderüm ſen döninge.* Expectabo, patientiam habebo, donec redeas, يري صويه وارنجه ياخود تا صويه وارنجه قازسونلر *jeri ſujæ waringe*, vel *tā ſujæ waringe kazsunler.* Fodiant terram uſquedum perveniatur ad aquam. Ubi nota etiam hunc loquendi modum قاچمق اردنجه اولديلر *kaćmak ardinge oldyler*, *q.* facti ſunt poſt ſugiendum, *i. e.* cogitârunt de fugiendo, fugam meditati ſunt, *aut* in procinctu fuerunt fugiendi. *Tef.*

Gerundium autem in *dum* reddunt aut per Dativum Infinitivi aut per præpoſitionem aliquam additam Infinitivo, سومكه *ſewmege*, ad amandum, سومك ايچون *ſewmek iciün*, *idem*, ad *vel* propter amandum, *ad amare, per amare.*

Supinum reddunt per eundem Dativum Infinitivi, ut نمازقلمغه كتدي *nemāz kylmagha gitty*, ivit oratum, preces ſuas abſolutum, وارياتمغه *war iatmagha*, i cubitum; quod bene etiam dicitur وارياة *warjat* & وارده يات *war dajat* (*da*, *pro* دخي *dæchy*) vade & jace, *i. q.* vade cubitum.

Parti-

Participia Præſentis temporis, & *aliquando aliorum temporum.*

1. سور *ſewer*, amans, qui amem, es, &c. *vel* qui amarem, es, &c. Sic بقر *bakar* aſpiciens, &c

2. سون *ſewen*, quod etiam ſcribitur سوان *ſewen*, amans, qui amo, amas, &c. qui amabam, amabas, &c. qui amavi, amaviſti, amaveram, as, &c. amavero, is, &c. Sic بقن *bakan*, aſpiciens, &c.

3. سوبجي *ſewiği*, amans, qui amat, & amator. Sic بقيجي *bakyği*, aſpiciens, aſpector.

Præteriti temporis.

1. سومش *ſewmiš*, qui amavi, iſti, it, &c. qui amaveram, as, &c. Sic بقمش *bakmiš*, intuitus, qui aſpexit, &c.

2. سودك *ſewdük*, *q.* amatus, ſeu quem, quam, quod amavi, iſti, &c. amaveram, as, &c. *immò* & quem amo, as, amabam, as, &c. Sic بقدق *baktuk*, aſpectus, quem aſpexi, iſti, &c.

Futuri temporis.

1. سويسر *vel* سوسر *ſewiſer*, amaturus, بقيسر *bakyſer*, aſpecturus, ſed hoc rariùs in uſum venit.

2. سوجك *ſeweğek*, amaturus, qui amabit, بقجق *bakağiak* aſpecturus, qui aſpiciet, ſed in ſignificatione etiam paſſiva nonnunquam uſurpatur pro *amandus* & *amabilis*, & nominaliter ſumptum valet, *amaturum eſſe*, unde admittit affixa, ut كلجكم *gelegegum*, *q.* meus futurus adventus, كلجككي بلوردم *geleğegün-y bilürdüm*, ſciebam te eſſe venturum, نه اولاجغين كيم دويه بلوردي *ne olağiaghyn kim duja bilürdy.* Quis poterat divinare quid eſſet futurum, كلجكي بللو دكل ايدي *geleğegi bellu degül idy*, non erat certum illum eſſe venturum, ſeu quòd venturus eſſet. *Item* سوجكم آدم *ſeweğegüm adem*, homo quem amaturus ſum, & ſimilia, prout de præterito mox dicetur in سودك *ſewdük.*

3. سوملو *vel* سومدلو *ſewmelü*, amaturus, & *q. paſſivè* amandus, dignus qui ametur, بقملو *bakmalu*, aſpecturus, & dignus qui aſpiciatur. Sic dicitur اولدرملوايمش *öldürmelü imiš*, dignus erat qui occideretur, occidendus, & ſignificare etiam poteſt, *erat* aut *eſt eum* occiſurus.

4. Præter hæc tria, aut loco eorum invenitur etiam alia forma, سوسي *ſewiſi*, *ſeweſi* quæ tamen videtur obſoleta. Sic in *Tef.* lego كيدسي اولورسه *gidiſi vel gideſi olurſæ*, *pro* كيدجك اولورسه *gideğek olurſæ*, ſi iturus ſit, منفعت قلاسي دكل *menfi-ät kylaſi degül*, non eſt profuturum, aut non eſt quidquam lucri facturus, البتة اولاسي در *elbette olaſy dür*, omnino futurum eſt متابعت قلاسي اولورسكز *mutābe-ät kylaſi olurſæn-üz*, ſi obſecuturi ſitis, ſi obſequamini, &c.

Quomodo autem hæc omnia Participia formentur facile eſt animadvertere. De سور *ſewer*, dictum eſt in Præſenti Indicativi, cujus eſt tertia perſona. سون *ſewen* fit ab Infinitivo mutato مك *mek vel* مق *mak* in ن *en vel* ان *an.* سوبجي *ſewiği*, ab eodem Infinitivo mutato مك *mek vel* مق *mak* in يجي *igi.* De سومش *ſewmiš*, jam dictum eſt in formatione ſecundi Perfecti Indicativi. سودك *ſewdük*, coincidit cum prima pluralis primi Perfecti Indicativi. سويسر *ſewiſer* fit mutato مك *mek vel* مق *mak* in سر *vel* يسر *iſer.* سوجك *ſeweğek* à tertia præſentis Optativi addito جك *ğek vel* جق *ğiak*, ſed ſuppreſſo ut plurimùm finali ه *he*, ut سومجك aut uſit. سوجك *ſeweğek.* سوملو *vel* سومدلو *ſewmelü* ab Infinitivo, cui detractum ſit ك *kef*, aut mutato ك *kef* finali in لو *lü*, *q.* habens amare, *che hà da amare.*

Participium ergo سور *ſewer*, amans, aut qui amem, es, &c. extra conjugationem verborum rariùs venit in ſignificationem Participii niſi ante Verbum Subſtantivum, cujus omnibus & ſingulis perſonis omnium temporum præponi poteſt æquè ac سومش *ſewmiš*, amans, *ſeu* qui amavit, amaverit, amaverat, amaviſſet, &c. & quemadmodum Præteritum in multis verbis uſurpatur pro Præſenti noſtro: ſic etiam hoc Participium aliquando

ſignificat qui amat, amet, &c. Sic تركجه اوقور آدم وارمي *türkċe okur ādem warmi?* Eſt-ne aliquis qui legat Turcicè?

سون *ſewen* autem amans, ſignificat *qui amat, amabat, amavit* per omnia tempora, modos, perſonas & numeros juxta exigentiam verbi ſequentis. Uti enim Participia omnia ſunt Adjectiva, præponuntur ſubſtantivis, & verbo, quod ultimum in commate aut periodo locum ſibi ſemper aſſumit, ut بني اوقودان خوجه كلبور *beni okudan choğia geliyür*, Magiſter, qui me docet, venit. Sic سو سني سوني *ſew ſeni ſeweni*, ama te amantem, *ſeu* eum qui te amat.

سوجي *ſewiği*, amans, aut magis propriè amator; ſed tegit plerumque caſum verbi ſui, niſi ponatur omnino ſubſtantivè: صلحي سوجي *ſulhy ſewiği*, amans pacem, aut amator pacis.

De سومش *ſewmiš*, qui amavit, *vel* amaverit, ac amet, jam dictum eſt, uti de سويسر سوسر *ſewiſer*, quæ tariùs, nec niſi in libris in uſum veniunt. Porrò etiam dictum eſt de سوملو *ſewmelü* paulò ſuperiùs.

سودك *ſewdük*, amatus, videtur paſſivum; ſed originaliter componitur à سودي كه *ſewdy ki, quaſi* is, ea, id, quem, quam, quod amavit: كه *ki* enim poſtponi vult immediatè nomini aut verbo, ad quod refertur, & quidem rariùs per ſe ſic immutatum venit in uſum. Uſitatur tamen interdum in libris, immò etiam in vulgari ſermone, ut in *Teſ.* يل شدتندن نه اود قالمش سويمدك نه قزن جلك قالمش اخترلدق نه چادر نه الجوق قلمش قيمدق نه طور قلمش ارلدك *jel ſiddetinden ne od kalmiš söjünmedük, ne kazan ċiölmek kalmiš achtarylmaduk, ne ċiadyr ne alğiuk kalmiš kopmaduk, ne dawar kalmiš örkmedük*, ex venti vehementia nec ignis remanſit inextinctus, *ſeu* qui non extinctus ſit, neque ahenum aut olla, quæ non inverſa ſit, neque tentorium aut mapalia quæ non ſint everſa, & evulſa, nec pecus aut jumentum manſit, quod non perterritum aut fugax factum fuerit. Sic ايشدلدك برزبان *išidilmedük bir zebān*, linguâ nunquam auditâ, quæ nunquam audita eſt, *in lingua mai più ſentita*. Sic كوزلر كورمدك صنعتلر *gözler görmedük ſan-ātler*. Artes oculis nunquam viſæ, quas oculus non vidit.

Venit ergo ſæpius, immò ſæpiſſime, in uſum cum præpoſitionibus ſibi adjunctis, & cum affixis poſſeſſivorum Pronominum, cum quibus declinatur, atque ita سودكم *ſewdügüm* ſignificat *is*, ſeu *id, quem, quod ego amo, amabam, amavi, amaveram, &c.* per omnes Modos & Tempora, præter Futurum, pro quo ſuperius سوجك *ſeweğek*; immò etiam aliquando pro Futuro poteſt poni. Ita igitur سودكك *ſewdügün-*, is, ea, id quem, quam, quod amas, amabas, &c. سودكي *ſewdüği*, quem amat, &c. سودكمز *ſewdügümüz*, quem amamus, سودككز *ſewdügün-üz*, quem amatis, سودكلري *ſewdükleri*, quem amant, *&* quos amat, *vel* amant, &c. Exempla ſint hæc دوكدوكك آدم كيمدر *dögdugün-ādem kim dür*. Quis eſt ille homo, quem verberâſti, *vel* verberas? &c. باباك صاتدوغي اتلري كوردم *baban-ſattughy atleri gördüm*. Vidi equos, quos pater tuus vendidit, vendiderat, &c. Sic dicitur etiam cum obliquis Relativi. قوندوغم شهر *kondughum ſehr*. Urbs, in qua pernoctavi aut conſtiti. *La Città, ò Terra, nella quale hò alloggiato*, بوكون وارجغمز كوي دون قالقدوغمز شهر قدردر *bu gün waraĝiaghumuz köj dün kalktughumuz ſeher kadardür*. Tantum eſt, *ſeu* tantò diſtat pagus, ad quem hodie ituri ſumus, quantò Urbs, à qua heri diſceſſimus, *Gall.* Il y a autant d'icy au Village ou nous irons aujourd'huy, que de la Ville d'ou nous partiſmes hier. Item كوردكم دكل *gördüğüm değil*, non eſt is, quem vidi, *&* nunquam vidi illum, *ſeu* non eſt quem unquam viderim. Sic استانبوله وارد غم يوقدر *iſtambola wardughum joktür*. Nunquam ivi Conſtantinopolim, بوريه كلدوكي يوقدر *buraja geldüği joktür* (ſcribitur aliàs بورايه *bu araje*, vel بويره *bu jere*) nunquam hic fuit, *aut* huc venit. كلدوكنه شبهه يوقدر *geldüğine ſübhe joktür*. Non eſt dubium eum veniſſe. اولدوكي صحيحدر *öldüği ſahyhtür*. Verum eſt eum mortuum eſſe. Atque eadem eſt hîc ratio de Præterito, quæ de illo Infinitivo ſuprà explicata eſt pro Futuro ſic, كلمسي مقرردر *gelmesi mukarrardür*, certum eſt eum venturum.

Cum præpoſitionibus autem ſint hæc exempla, سودكدن صكره *ſewdükten ſon-ra*, poſtquam amavi, amaviſſem, amaveto, is, it, &c. in omnibus perſonis & numeris, ut *Ital. Doppo hauer amato.* Adduntur tamen Affixa, cùm determinatur perſona, كلدوكمدن صكره *geldügümden ſon-ra*, poſt adventum meum, poſtquam veni, veniſſem,

صكره

alterum Perfectum سومش ايم *ſewmemiš im*, vel contractè سومشم *ſewmemišem*, non amavi, سومشسن *ſewmemiš ſyn*, non amaviſti, &c. regulariter.

Pluſquam perfectum.

Sing. سومش ايدم *ſewmemiš idüm*, vel contractè سومشدم *ſewmemištum*, non amaveram.
سومش ايدك *ſewmemiš idün-*, non amaveras.
سومش ايدي *ſewmemiš idy*, non amaverat.
Plur. سومش ايدك *ſewmemiš idük*, non amaveramus.
سومش ايدكز *ſewmemiš idün-üz*, non amaveratis.
سومشلر ايدي *ſewmemišler idy*, non amaverant.

Fit juxta regulam datam in primario Verbo.

Futurum.

سومم *ſewmem*, *ut Præſens*, non amabo, &c.
Sic سوميم *ſewmeim*, non amabo, سوميز *ſewmeiz*, non amabimus.
سومیجکم *ſewejeğegim*, non amabo, non amaturus ſum, سومیجکسن *ſewmejeğekſyn*, non amabis, &c. Sic سوميسرلم *ſewmeiſer im*, non amabo, سومسم كرك حاء *ſewmeſem gerek*, non amabo, oportet ut non amem, سومسك كرك *ſewmeſen-gerek*, non amabis, &c. ut in primario Verbo.

Imperativus.

Sing. سومه *ſewme*, non ama, noli amare.
سومسون *ſewmeſün*, non amet.
Pl. سوميه لم *ſewmejelüm*, non amemus.
سومك *ſewmen-* سومكز *ſewmen-üz*, non amate.
سومسونلر *ſewmeſünler*, non ament.

Optativi Præſens & Futurum.

Sing. سوميم *ſewmejem*, non amem.
سوميه سن *ſewmeje ſyn*, non ames.
سوميه *ſewmeje*, non amet.
Pl. سوميه وز *ſewmejewuz*, non amemus.
سوميه سز *ſewmejeſyz*, non ametis.
سوميه لر *ſewmejeler*, non ament.

Præſens & Imperfectum.

Sing. سوميه ايدم *vel* سومييدم *ſewmejeidüm*, non amarem, *non amaſſi.*
سومييدك *ſewmejeidün*, non amares.
سومييدي *ſewmejeidy*, non amaret.
Pl. سومييدك *ſewmejeiduk*, non amaremus.
سومييدكز *ſewmejeidün-üz*, non amaretis.
سوميه لر ايدي *ſewmejeler idy*, non amarent.

Imperfectum *Italicum* in *rei*, eſt ipſum Imperfectum Indicativi سومزدم *ſewmezdüm*, non amarem, *non amerei.*

Perfectum.

سومش اولام *ſewmemiš olam*, non amaverim, سومش اولاسن *ſewmemiš olaſyn*, non amaveris, &c.

Pluſquamperfectum.

سومش اوليدم *ſewmemiš olaidüm*, non amâſſem, *non haueſſi amato*, سومش اوليدك *ſewmemis olaidün-*, non amâſſes, &c.

Alterum in *rei* eſt idem cum Imperfecto سومزدم *ſewmezdüm*, non amaviſſem, *non haurei amato*, aut سومش اولوردم *ſewmemiš olurdüm*, *Idem.*

Subjun-

Subjunctivi *ſeu* Conditionalis Præſens & Futurum.

Sing. سومزايسم *ſewmez iſem*, vel سومزسم *ſewmezſem*, ſi non amem.
سومزسك *ſewmezſen-*, ſi non ames.
سومزسه *ſewmezſe*, ſi non amet.
Plur. سومزسك *ſewmezſek*, ſi non amemus.
سومزسكز *ſewmezſen-üz*, ſi non ametis.
سومزلرسه *ſewmezlerſe*, ſi non ament.

Præſens & Imperfectum.

Sing. سومسم *ſewmeſem*, ſi, etſi non amo, *aut* amarem.
سومسك *ſewmeſen-*, ſi non amas.
سومسه *ſewmeſe*, ſi non amat.
Plur. سومسك *ſewmeſek*, ſi non amamus, etſ. non amaremus.
سومسكز *ſewmeſen-üz*, ſi non amatis.
سومسه‌لر *ſewmeſeler*, ſi non amant.

Imperfectum & Pluſquamperfectum.

سومسيدم *ſewmeſeidüm*, ſi non amarem *vel* amâſſem, سومسيدك *ſewmeſeidün-*, ſi non amares, &c. regulariter.

Perfectum.

سوممش ايسم *ſewmemiš iſem*, ſi non amaverim, سوممش ايسك *ſewmemiš iſen-*, ſi non amaveris, &c. Item سومدي ايسم *ſewmedi iſem*, سومدي ايسك *ſewmedi iſen-*, *idem*; aut سومدم ايسه *ſewmedüm iſe*, سومدك ايسه *ſewmedün- iſe*, vel contractè سومدمسه *ſewmedümſe*, سومدكسه *ſewmedün-ſe*, *idem*, ſi non amaverim, amaveris, &c. regulariter.

Pluſquamperfectum.

سوممش اولسيدم *ſewmemiš olſaidüm*, *vel* اوليدم *olaidüm*, ſi non amâſſem, سوممش اولسيدك *ſewmemiš olſaidun-*, ſi non amâſſes, &c. regulariter.

Futurum præterito mixtum.

سوممش اولورسم *ſewmemiš olurſæm*, ſi non amavero, سوممش اولورسك *ſewmemiš olurſæn-*, non amaveris, &c.

Atque idem ſentiendum de aliis temporibus hîc omiſſis, ut سوممش اولورم *ſewmemiš olurum*, *pro Indicativo*, non amavero, *non haurò amato*, سوممش اولورسن *ſewmemiš olurſyn*, *non haurai amato*, &c. Sic سومز اولورم *ſewmez olurum*, non amabo, *q.* fiam non amans, deſinam amare. ✕ سومز اولدم *ſewmez oldüm*, non amavi, *ſeu* potiùs deſii amare, factus ſum non amans, prout dicitur بزه كلمز اولدك *bize gelmez oldün-*, factus es non veniens ad nos, *h. e.* cùm priùs nos interdum viſitares aut accederes, id modò intermiſiſti, nec ampliùs ad nos venis: & eſt modus loquendi uſitatiſſimus & valde expreſſivus.

Infinitivus.

سومك *ſewmemek*, non amare.

Gerundia & Participia.

سومزايكن *ſewmez iken*, non amando, cùm non amarem, es, &c. سوميوب *ſewmejüp*, non amando, cùm non amaverim, is, amaviſſem, es, &c. سوميجك *ſewmejijek*, cùm *vel* poſtquam non amavi, amavero, is, &c. سوميرك *ſewmejerek*, & سوميه *ſewmeje*, non amando, rariùs uſurpantur. سوممكله *ſewmemegile*, non amando, cùm non amem, es, amarem, es, &c. *col non amare*, *per non amare*, *mentre non amo*, *amauo*, &c. سومدكدن صكره *ſewmedükten ſon-ra*, poſtquam non amavi, iſti, amavero, is, &c. *doppo non hauer amate*, سومدكده *ſewmedükte*, *Idem.* سومدكجه *ſewmedükće*, quantumvis non amaverim

rim, quotieſcunque non amavi, quò magis non amo, as, avi, âſti,&c, سومدوكي كبي *ſewmedügi gibi*, prout non amat, &c. سومينجه *ſewmeinğe*, donec non amem, niſi amem, abſque eo quod amem, &c. *Gall.* Sans aimer, ſans qu'il aime, s'il n'aime, &c. ut *o* كتمينجه اولمز *gitmeinğe olmaz*, non poteſt fieri quin eam, eas, &c.

سومكه *ſewmemeğe*, ad non amandum, & *pro Supino* non amatum, *à non amare*, & ut ſequens سومك ايچون *ſewmemek iciün*, ad *vel* propter non amandum, *per non amare.*

سومز *ſewmez*, non amans, qui non amet.
سومين *ſewmejen*, non amans, qui non amat, non amabat.
سوميجي *ſewmeiği*, non amans, non amatot,&c.
سومش *ſewmemiš*, non amans, qui non amavit.
سومدك *ſewmedük*, non amatus, *&* quem non amavi, iſti, &c.
سوميسر *ſewmeiſer*, non amaturus.
سوميجك *ſewmejeğek*, *Idem*, & non amabilis.
سوملو *ſewmemelü*, *Idem*.
سوميلدن بري *ſewmejelden beri*, à quo non amo, as, &c.
سوميدلو *ſewmejelü*, à quo non amo, as, &c.

Eodem modo reſpectivè conjugatur Negativum Potentiale, *ſeu* Impoſſibile سومك *ſewememek*, non poſſe amare, بقمق *bakamamak*, non poſſe aſpicere, quæ perſæpe in ſcriptione non differunt à ſimplici Negativo سومك & بقمق, quæ legi poſſunt *ſewmemek*, *bakmamak*, & *ſewememek*, *bakamamak*: non raro tamen ſic diſtinguuntur, ut poſui; aut loco ه *be* ponunt ا *elif* ſic سوامك *ſewememek*, بقامق *bakamamak*, immò Docti ſæpius ſcribunt ي *je*, ut سويمك *ſewimemek*, quod tamen ut plurimùm legunt *ſewememek*, non poſſe amare, ſicut اوليمق *olymamak*, & *olamamak*, non poſſe eſſe, *aut* fieri, بوليمدي *bulymady*, & *bulamady*, non potuit invenire.

Præſens ergo Indicativi eſt سومم *ſewemem*, non poſſum amare, Imperf. سومزدم *ſewemezdüm*, non poteram amare, Perf. سومدم *ſewemedüm*, non potui amare, سومشم *ſewememišem*, non potui amare, Pluſquamperf. سومش ايدم *ſewememiš idüm*, non potueram amare. Et ſic de aliis interpoſito *e*, vel *a* ante *m* Negativi, ut vides.

Jam verò ad Arabica tranſeamus.

CAPUT QUINTUM

De Conjugationibus Verborum Arabicorum.

HOC uno Capite complectar omnia, quæ ad omnes Conjugationes Verborum Arabicorum, formationemque temporum aut Modorum pertinent, ut deinceps liberiùs de Perſicis idem faciam, & quod ſupereſt de Turcicis Verbis abſolvam, ac tandem ad alias Orationis partes & Syntaxim pergendo, Grammaticâ completâ, Lexicon quoque tibi quamprimùm poſſim tradere completum.

¶ *Communis Conjugationum typus ab Arabibus traditur* فعل *fe-æle*, *& quod eum ſequitur Verbum, nempe triliterum nullam ex literis* ي و ا *aut reduplicatam habens, dicitur* Ἀνάλογον, ſeu *regulare*, *aut juxta illos* سالم *sâlim ſanum*, *integrum*, ſeu *perfectum; quod autem ab eo typo diſcedit dicitur* Ἀνώμαλον *Irregulare*, ſeu *Imperfectum. Quemadmodum autem rem grammaticam à Verbo exordiuntur, ita à tertia perſona ſingulari maſculina præteriti Conjugationem ſuam inchoant, tanquam à radice, quæ cùm ſit trium literarum, prima dicitur* حرف الفاء *hærfül fâi*, litera ف *fe*, *ſecunda* حرف العين *hærfül æjnï*, litera ع *æjn*, *tertia* حرف اللام *hærful lâm*, litera ل *lam in omnibus Verbis triliteris; in quadriliteris autem, quorum typus eſt* فعلل *fæ-lele*, *quarta dicitur* اللام الثاني *llâmüſ-sânî*, ſecundum ل *lam.*

Tertia itaque perſona præcedit in conjugatione ſecundam & ſecunda primam, quod non ſolùm Hebræis, Chaldæis, Perſiſque eſt commune, ſed etiam Hungaris, ut docet Albertus de Molnar *in ſua Grammatica Hungarica Hanoviæ impreſſa, commodiùſque forſan ita conjugaretur Verbum Turcicum, immò & Polonicum. Cùm enim in his omnibus Linguis tertia perſona Verbi ſit nuda omnique charactere deſtituta, reliqua autem perſona*

تنصر *tænſuru*, adjuvas *vel* adjuvabis tu *vir*, تنصران *tænſurāni* adjuvatis *vel* adjuvabitis vos duo, تنصرون *tænſurūne*, adjuvant *vel* adjuvabunt plures *viri*. تنصرين *tauſurîne*, adjuvas *vel* adjuvabis tu *fœmiua*, تنصران *tænſurāui*, adjuvatis *vel* adjuvabitis vos duæ, تنصرن *tænſurue*, adjuvatis *vel* adjuvabitis vos plures *fœmina*.

انصر *anſuru*, adjuvo ego ſive *vir* ſive *fœmina*, ننصر *nauſuru*, adjuvabimus nos duo *aut* plures, duæ *aut* plures.

Et huic pariter ſubjuugunt immediatè formam Paſſivi per tertias tantùm perſonas يُنْصَرُ *juuſeru*, adjuvatur *vel* adjuvabitur, يُنْصَرَانِ *junſærāni*, adjuvantur *vel* adjuvabuntur duo, يُنْصَرُونَ *junſærūne*, adjuvantur *vel* adjuvabuntur plures.

Juxta ordiuem ſeu diviſionem ſuperiùs à nobis factam ſequi deberet Imperativus. ſed quia ab illis rejicitur poſt alia Tempora aut Modos, iuſiſtamus eorum methodo, noſtra poſteamodo noſtro explicaturi.

Infinitivus المصدر *elmaſtaru* dictus.

نَصْرًا *næſren, in Accuſativo, adverbialiter aut gerundialiter*, adjuvando, *aut* adjutoriè, *quaſi* reali & ſeriâ adjutione. *Eſt enim* نصرٌ *næſrün in Recto Nomen verbale actionis ſignificans* adjutio, *unde decliuatur & habet in Duali* نصران *næſrāni*, *in Pl.* نصرات *næſrātün*, *ut in Paradigmate ponunt*, *ſed cùm ſignificat* victoria, *vel etiam* auxilium, *habet in Plurali etiam* انصارٌ *enſārün.*

Participium Activum الفاعل *elfā-jl* dictum, *h.e.* agens.

ناصرٌ *nāſyrün*, adjuvans *vir*, adjutor, ناصران *nāſyrāni*, adjuvantes, adjutores duo, ناصرون *naſyrūue*, adjutores plures; *adduut tamen Participio alia Pluralia fracta*, نُصَّارٌ *nuſſārün*, & نُصَّرٌ *uuſſarun*, & انصارٌ *enſārün*, & نصرةٌ *næſæretün*. *In fœminino autem* ناصرةٌ *uāſyretün*, adjuvans *fœm. vel* adjutrix, ناصرتان *nāſyretāni*, adjutrices duæ ناصراتٌ *nāſyrātün*, adjutrices plures, *& plurale fractum* نواصر *newāſyrū.*

Participium Paſſivum المفعول *elmef-ūl* dictum

منصورٌ *mænſūrün*, adjutus, منصوران *mænſūrāni*, adjuti duo, منصورون *menſūrūne*, & مناصر *menāſyrü*, adjuti plures. *Fœm.* منصورةٌ *mænſūretün*, adjuta, منصورتان *mænſūretāni*, adjutæ duæ, منصوراتٌ *mænſūrātüu*, & مناصر *manāſyrü*, adjutæ plures.

His abſolutis recurrunt ad variatiouem Futuri, quæ fit ob præpoſitas certas particulas, quarum aliæ gezmaut ult.mam ſublato zammo, & cæteræ nasbant caudam ult.mam, h. e. *ponunt in terminatione Accuſativi in* ـَ *in e*, vel *æ*, *ut ex eorum Paradigmate percipies. Ex dictis autem particulis duæ* لم *lem*, non, & لمّا *lemmā*, nondum, *mutant ſignificationem Futuri iu ſignificationem Præteriti, ut ſub forma Futuri ſignificet actionem præteritam, unde hoc tempus vocant* جحد *ğiabd*, *& cum* لم *lem quidem* جحد مطلق *ğiæbdi mutlæk*, ſimplex, abſoluta negatio, *cum* لمّا *lemmā*, nondum, جحد مستغرق *ğiæbdi müſtæghræk*, *q.* negatio ſubmerſa.

Præteritum ſub futuri terminatione جحد الماضي *ğæhtül māzy* dictum.

لَمْ يَنْصُرْنَ	لَمْ تَنْصُرَا	لَمْ تَنْصُرْ	لم يَنْصُرُوا	لَمْ يَنْصُرَا	لَمْ يَنْصُرْ
لَمْ تَنْصُرْنَ	لَمْ تَنْصُرَا	لَمْ تَنْصُرِي	لَمْ تَنْصُرُوا	لَمْ تَنْصُرَا	لَمْ تَنْصُرْ
				لَمْ نَنْصُرْ	لَمْ أَنْصُرْ

Quod ſic leges ac interpretaberis:

لم ينصر *lem janſur*, non adjuvit *vir*, لم ينصرا *lem janſurā*, non juverunt duo, لم ينصروا *lem jauſurū*, non juverunt plures. لم تنصر *lem tauſur*, non adjuvit *fœmiue*, لم تنصرا *lem tanſurā*, non juverunt duæ, لم ينصرن *lem janſurna*, non juverunt plures *fœmina*.

Digitized by Google

لم تنصر *lem tænſur*, non juviſti *vir*, لم تنصرا *lem tanſurā*, non juviſtis duo, لم تنصروا *lem tænſurū*, non juviſtis plures *viri*. لم تنصري *lem tænſurī*, non juviſti *fœmina*, لم تنصرا *lem tænſurā*, non juviſtis duæ, لم ينصرن *lem tænſurne*, non juviſtis plures *fœminæ*.

لم انصر *lem ænſur*, non juvi *ſive vir ſive fœmina*, لم ننصر *lem nænſur*, non juvimus duo, duæ, *vel* plures *ſive mares*, *ſive fœminæ*.

Pro Paſſivo لم ينصر *lem junſær*, non adiutus eſt, لم ينصرا *lem junſærā*, non adjuti eſtis duo, لم ينصروا *lem junſærū*, non adjuti eſtis plures.

Subdunt ſtatim لمّا ينصر *lemmā jænſur*, nondum juvit, *eodem planè modo*, *quo præcedens.*

Tunc exhibent conjugatum ما ينصر *mā jænſuru*, non adiuvat, ما ينصران *mā jænſurāni*, non adjuvatis, &c. *regulariter*, *ut primum Præſens* ſeu *Futurum*, *& hoc tempus vocant* نفي الحال *neſjül hāl*, *q.* negatio Præſentis temporis, *quod ſtatim in Paradigmate ſequitur* لا ينصر *lā jænſuru*, non juvabo, *pro Futuro regulariter*, *ut priùs*, *& vocatur* نفي الاستقبال *neſjül iſtykbāl*, *q.* negatio Futuri temporis.

Sequitur deinde in eorum Paradigmate Tempus, *quod vocant* تأكيد نفي الاستقبال *teekīdü neſjil iſtykbāl*, q. *Confirmatio negationis futuri temporis*, *ſeu Futurum firmiter Negativum*, *quod fit præpoſitâ particulâ* لن *len*, *nequaquam*, *nunquam*, *ſic*

لَنْ يَنْصُرَ لَنْ يَنْصُرَا لَنْ يَنْصُرُوا — لَنْ تَنْصُرَ لَنْ تَنْصُرَا لَنْ يَنْصُرْنَ
لَنْ تَنْصُرَ لَنْ تَنْصُرَا لَنْ تَنْصُرُوا — لَنْ تَنْصُرِي لَنْ تَنْصُرَا لَنْ تَنْصُرْنَ
لَنْ أَنْصُرَ لَنْ نَنْصُرَ

Id eſt لن ينصر *len ienſuræ*, nequaquam adjuvabit *vir*, لن ينصرا *len jænſurā*, nequaquam juvabunt duo, لن ينصروا *len jænſurū*, nequaquam adjuvabnnt plures *viri*, لن تنصر *len tænſuræ*, nequaquam juvabit *fœm.* لن تنصرا *len tænſurā*, nequaquam juvabunt duæ, لن ينصرن *len jænſurnæ*, nequaquam juvabunt plures *fœminæ*.

لن تنصر *len tænſuræ*, nequaquam juvabis tu *vir*, لن تنصرا *len tænſurā*, nequaquam juvabitis vos duo, لن تنصروا *len tænſurū*, nequaquam juvabitis vos plures *viri*. لن تنصري *len tænſurȳ*, nequaquam juvabis *fœm.* لن تنصرا *len tænſurā*, minimè juvabitis vos duæ, لن تنصرن *len tænſurnæ*, nequaquam juvabitis plures *fœminæ*.

لن انصر *len ænſuræ*, non juvabo, لن ننصر *len nænſuræ*, non juvabimus.

Forma autem Paſſivi eſt لن ينصر *len junſæræ*, nequaquam juvabitur, لن ينصرا *len junſærā*, nequaquam juvabuntur duo, لن ينصروا *len junſærū*, nequaquam juvabuntur plures.

Tunc primùm Imperativum exhibent, *ſed in ſola tertia perſona*, *unde illum vocant* Imperativum *ſeu* imperium abſentis امر الغايب *emrül ghāib*, *quod nihil eſt aliud*, *quàm futurum ğezmatum præfixo* ل *li.* *Sic* لينصر *lijænſur*, adjuvet *vir*, لينصرا *lijænſurā*, adjuvent duo, لينصروا *lijænſurū*, adjuvent plures *viri*. لتنصر *litænſur*, adjuvet *fœmina*, لتنصرا *litænſurā*, adjuvent duæ, لينصرن *lijænſurnæ*, adjuvent plures *fœminæ*, *& in Paſſivo* لينصر *lijunſær*, adjuvetur *vir*, لينصرا *lijunſærā*, adjuventur duo, لينصروا *lijunſærū*, adjuventur plures *viri*. لتنصر *litunſær*, adjuvetur *fœmina*, لتنصرا *litunſærā*, adjuventur duæ, لينصرن *lijunſærnæ*, adjuventur plures *fœminæ*. *Cui ſtatim ſubjungunt Imperativum ſimilem Negativum*, ſeu *potiùs Prohibitivum ipſis* نهي الغايب *nehjül ghāib*, *q.* prohibitio abſentis *dictum*: لا ينصر *lā jænſur*, non adjuvet *vir*, لا ينصرا *lā jænſurā*, non adjuvent duo, لا ينصروا *lā jænſurū*, non adjuvent plures *viri*. لا تنصر *lā tænſur*, non adjuvet *fœmina*, لا تنصرا *lā tænſurā*, non adjuvent duæ, لا ينصرن *lā jænſurnæ*, non adjuvent plures *fœminæ*. *Cum forma Paſſivi* لا ينصر *lā junſær*, non adjuvetur *vir*, لا ينصرا *lā junſærā*, non adjuventur duo, لا ينصروا *lā junſærū*, non adjuventur plures *viri*. لا تنصر *lā tunſær*, non adjuverur *fœmina*, لا تنصرا *lā tunſærā*, non adjuventur duæ, لا تنصروا *lā tunſærū*, non adjuventur plures *fœminæ*.

Sequitur demum Imperativus ſecundæ perſonæ ipſis امر الحاضر *emrül hāzyr dictus*, *& propriè Imperativus dicendus*

أُنْصُرْ

اُنْصُرْ اُنْصُرَا اُنْصُرُوا اُنْصُرِي اُنْصُرَا اُنْصُرْنَ

Hoc eſt انصر *unſur*, adjuva tu *vir*, انصرا *unſurā*, adjuvate vos duo, انصروا *unſurū*, adjuvate vos plures *viri*. انصري *unſurī*, adjuva tu *fœmina*, انصرا *unſurā*, adjuvate vos duæ, انصرن *unſurne*, adjuvate vos plures *fœminæ*, *& pro Paſſivo* لتنصر *litunſær*, adjuvare, لتنصرا *litunſærā*, adjuvamini duo, لتنصروا *li tunſærū*, adjuvamini plures *viri*. لتنصري *li tunſærȳ*, adjuvare *fœmina*, لتنصرا *li tunſærā*, adjuvamini duæ, لتنصرن *li tunſærne*, adjuvamini plures *fœminæ*.

Negativus Imperativus, ſeu *Modus prohibitivus Præſentis* نهي الحاضر *nehjül hāzy. dictus*, *eſt* لا تنصر *lā tænſur*, non adjuva, ne adjuves, لا تنصرا *lā tænſurā*, ne adjuvetis duo, لا تنصروا *lā tænſurū*, ne adjuvetis plures *viri*, لا تنصري *lā tænſurȳ*, ne adjuves tu *fœmina*, لا تنصرا *lā tænſurā*, ne adjuvetis duæ, لا تنصرن *lā tænſurnæ*, ne adjuvetis plures *fœminæ*: *cum forma Paſſivi*, *ut in præcedenti*. *Poſt quæ formas enumerant Nominum à Verbo derivatorum*, *de quibus in ſecunda parte egimus* : *nimirum* Formam nominis temporis & loci, *& actionis ſeu* Infinitivi المصدر الميمي *el ma aſtærül mīmījū*, *Turcis mæſtærī mīmī* dicti منصر *mænſærün*, tempus & locus adjuvandi, *&* auxiliatio. *Dual.* منصران *mænſærāni*, *Plur.* منصرات *mænſærātün*, *&* مناصر *menāſyrü*. Nominis inſtrumenti اسم الالت *iſmül-āletī* dicti, منصر *minſærün*, inſtrumentum, quo quis adjuvet, *Dual.* منصران *minſærāni*, *Plur.* منصرات *minſærātün*, *&* مناصر *menāſyrü*. Nominis vicis اسم المرة *iſmül merretī* dicti: نصرة *næſretün*, unica adjutio, *Dual.* نصرتان *næſretāni*, duæ adjutiones, *Plur*, نصرات *næſrātün*, plures adjutiones. Nominis ſpeciei اسم النوع *iſmün-new ȳ* dicti, نصرة *nyſretün*, una ſpecies adjutionis, *Dual.* نصرتان *nyſretāni*, *Pl.* نصرات *nyſrātün*. Nominis diminutivi اسم التصغير *iſmüt-tæſghȳrī* dicti, نصير *nuſæjrün*, modica adjutio, *Dual.* نصيران *nuſæjrāni*, *Plur.* نصيرون *nuſæjrūne*, *cum ſuo Fœminino*, نصيرة *nuſæjretün*, نصيرتان *nuſæjretāni*, نصيرات *nuſæjrātün*. Nominis relativi & poſſeſſivi الاسم المنسوب *elisſmül mensūbü* dicti, نصري *næſrījün*, ad adjutionem pertinens, نصريان *næſrījāni*, نصريون *næſrījūne*, *cum ſuo Fœminino*, نصرية *næſrījetün*, نصريتان *næſrījetāni*, نصريات *næſrījātün*. Nominis actoris نصار *næſsārün*, adjutor, نصاران *næſſærāni*, duo adjutores, نصارون *næſsārūne &* نصار *nuſsārün*, plures adjutores, *cum ſuo regulari Fœminino*. Nominis Comparativi اسم التفضيل *iſmüt-tefzȳl* dicti, انصر *ænſærü*, magis adjuvans, *Dual.* انصران *ænſærāni*, *Plur.* انصرون *ænſærūne*, *&* اناصر *enāſyrü*, *& in Fœminino* نصري *nuſrā*, magis adjuvans *fœmina*, *Dual.* نصريان *nuſreiāni*, *Pl.* نصر *nuſær*, *&c.*

Tandem Conjugationem ſuam concludunt duobus Modis, *quos vocant* افعال التعجب *ef ālüt-tæ-æǧǧiūb* Admirativos, *& ſunt* ما انصره *mā ænſæræhu*, *&* انصر به *ænſyr bihi*, *quæ ſic conjugant*, ما انصره *mā ænſaræhu*, mirum quàm bene adjuverit eum, *ſeu* quàm bene, *vel* ò quantùm adjuvat eum! ما انصرهما *mā ænſærehumā*, quàm bene adjuvit eos duos! ما انصرهم *mā ænſærehüm*, quàm bene adjuvit eos plures! ما انصرها *mā ænſærehā*, quàm bene adjuvit eam! ما انصرهما *mā ænſærehümā*, quàm bene adjuvit eas duas! ما انصرهن *mā ænſærehünne*, quàm bene adjuvit eas plures! ما انصرك *mā ænſæreke*, quàm bene adjuvit te *virum*! ما انصركما *mā ænſærekümā*, quàm bene adjuvit vos duos! ما انصركم *mā ænſæreküm*, quàm bene adjuvit vos plures *viros*! ما انصرك *mā ænſæreki*, quàm bene adjuvit te *fœminam*!

انصر به *ænſyr bihi*, quam bene juvit illum! انصر بهما *ænſyr bihümā*, quàm bene juvit duos, انصر بهم *ænſyr bihim*, *&c.* *Qui duo ultimi modi ſunt particulares & uſu non infrequentes*, *regulis autem communibus non comprehenſi.*

PATET autem Futurum tantummodo variari ob præfixas particulas, *& ſic non eſſe in Arabicis verbis niſi duo tempora Præteritum & Futurum*, *quod etiam præſenti ſervit. Quomodo autem noſtra alia tempora reddi poſſint Arabicè*, *& ſuperiùs jam aliquatenus explicatum eſt cap. 2. hujus quartæ partis*, *& ex paradigmate ſecundæ Conjugationis Turcicæ facilè animadvertes.*

Scias tamen tertiam præteriti in apprecationibus induere notionem Imperativi ſeu Optativi, ut فرج الله غمّك *ferеğiallahü ghammеke*, detergat (*propriè* deterſit) Deus mœrorem tuum. *Hujuſmodi autem apprecationes ſunt ipſis Turcis doctioribus familiariſſimæ, præſertim in literis, cùm nominant principem virum aut in dignitate officiove conſtitutum aliquem*, v. g. *poſtquam nominârunt Principem ejuſmodi Chriſtianum, ſubduut* ختمت عواقبه بالخير *chutymet ăwăkybuhu bil chairi*, terminentur (*propriè* terminata eſt) extrema ejus felicitate, *q.* in bonum, *vel* ختم الله عواقبه بالخير والرّشاد *chattemăllahü ăwăkybehu bil chajri wer-reśăd*, terminet Deus extrema ejus felicitate & reductione ad viam rectam *ſeu* ſalutis, *apprecantes ſcilicet ipſi converſionem ad Mahometanam religionem, quam ſolam rectam & ſalvificam eſſe ineptè, at conſtanter aſſeveraut. Poſtquam ſ::um Regem aut Imperatorem nominârunt, addunt*, v. g. خلدت خلافته الي يوم القيام *chuldet chylăfetuhu ilă iewmil-kyjăm*, Perenne reddatur ejus imperium ad diem uſque reſurrectionis; *vel* اعزّ الله تعالي انصاره وضاعف اقتداره *e-ăzzallahü te-ălă enſărehu we ză-ĕfe yktidărehu*, illuſtres faciat Deus victorias ejus dupliceтque aut multiplicet potentiam ejus, *vel aliquid ſimile. Si Baſſam nominaverint, dicent* v. g. علي پاشا يشر الله ما يشا *ăli păśă iesſeral-lăhü mă jeśă*, Ali Baſsà, cui Deus concedat quicquid ſibi optat. *Si minoris conditionis Mahometanum, addunt* زيد قدره *zide kædrühu*, augeatur ipſius honoris gradus, *ſi paulò majoris*, زيد مجده *zide meğdühu*, augeatur ipſius gloria, *ſi Iudicem* زيد فضله *zide fazlühu*, augeatur ipſius doctrina & præſtantia, *ſi plures ſint* زيدت فضايلهم *zidet fazailükŭm*, augeantur eorum ſcientiæ, &c. *At poſt nomen Dei, æquivalet Præſenti, & per illud vertitur, ut* الله جلّ وعلا *allahü ğelle we ălă*, Deus, *qui* glorioſus & excelſus eſt (*non* fuit) *& ſic de aliis.*

Hic autem nota imprimis, primam & ultimam radicalem perpetuò, ac ſæpe etiam ſecundam habere ´ fetham, ut نصر *naſare*, adjuvit, ضرب *zarebe*, verberavit, قعد *ka-ăde*, ſedit. *Secunda tamen radicalis aliquando habet ˏ keſram ut* فرح *feryha*, lætatus eſt, علم *ălime*, ſcivit, *rariùs autem ˆ zæmmam in ſignificatione tantùm intranſitiva, ut* حسن *hasüne*, bonus fuit. قبح *kabuha*, turpis fuit. *Quomodo autem formentur reliqua perſonæ, patet ex ipſo Paradigmate.*

Major difficultas circa Futurum المضارع *el muzăry-dictum. Formatur adſcitis literis* اتين, hoc eſt, *elif*, *te*, *je*, *nun in principio*, & يونا *jŭnă*, h. e. *je*, *waw*, *nun*, *elif in fine, eodem ferè modo, quo apud Hebræos, ſervientibus.* ا *elif enim ex* اتين *format primam ſingularem, ut* ن *nun pluralem:* ت *te ſecundam ubique perſonam, & tertiam quoque fœmininam in Singulari & Duali:* ي *je tertiam maſculinam*, & *fœmininam quoque in Plurali. In fine autem* ن *nun ſolum plurale fœmininum format, ut cum* و *waw maſculinum; cum* ا *elif autem Duale, & cum* ي *je Singulare fœmininum ſecundæ perſonæ. Habent autem literæ hæ* اتين *perpetuò ´ fetham, & prima radicalis ° gezmum at ſecunda radicalis in multis Verbis habet ˆ zæmmum, ut in dato Paradigmate* يَنْصُرُ *janſuru*, adjuvabit, *in aliis ˏ keſrum, ut* يَضْرِبُ *jazribü*, *jazrybu*, verberabit, *in aliis ´ fethum, ut* شغل *śaghala*, laboravit, operam dedit, يشغل *jaśghalü*, operam dabit. *Et horum quidem ultimorum tabulam diligenter collectam habebis appendicis loco in fine Grammaticæ, in qua, quæ non invenies, ea in Futuri ſecunda radicali ˆ zæmmum habere, pro comperto habebis.*

Porrò ultima litera radicalis Futuri habet ˆ zæmmum, quod accedentibus literis يونا *cadit, ut patet in Paradigmate*, pec. *primi Futuri, quod, quia ferè ſequitur inflexionem Nominum, dicitur* مرفوع *merfŭ-*, quaſi *elevatum*, ſeu *poſitum in* رفع *ref-*, ſeu, *ut* Guadagn. *in caſu Rafeo*, &, *ut nos loquimur, in caſu Recto*, ſeu *Nominativo. Talis autem terminatio variatur interdum Apocope, Antitheſi, & Paragoge.*

Apocope variatur Futurum, cùm ei præponuntur particulæ لم *lem*, & لمّا *lemmă*, *ut in Paradigmate vidiſti, atque eo caſu Futurum illud ita gezmatum indicare notionem Præteriti jam percepiſti. Gezmant autem idem Futurum, ſed immutatâ Futuri temporis ſignificatione, aliæ particulæ idco* جازمة *ğiăzimetün dicta, quæ ſunt* ل *li imperativum, &* لا *lă prohibitivum, ut vidiſti in eorum Paradigmate. Sic dicunt* لم يضرب *lem jazryb*, non verberavit, لمّا يدخل *lemmă jadchul*, nondum ingreſſus eſt, لا تذهب *lă tezheb*, ne abeas, ليكشف *lijekſif*, detegat. *Item* ان *in* ſi, ما *mă*, id quod, quidquid, من *men*,

men, quicunque, أيٌّ ejjün, idem, مهما mehmā, quotieſcunque, كيفما keifemā (& apud nonnullos etiam كيف keiſe) quomodocunque, أنّى ennā, ubicunque, اين ejne, idem, حيثما hajsümā, idem, متي metā, quum, اذما izmā, idem, ايان ejjāne, idem, & in carmine quoque اذا izā, idem. Sed eâ lege, ut alıud Verbum in eodem orationis contextu tanquam retributivè illis reſpondeat, ut ſi dicas, quicquid faciam facies, quicunque me amabit, amabo ipſum. Ac tum, ſi utrumque Futurum eſt, in utrumque influunt prædicta conditionales, ut ان تخرج اخرج معك in tæchrüğ æchrüğ me-æke, ſi exeas, exibo tecum, متي تجلس اجلس معه metā jeglis eglis me-āhu, quum ſedebit, ſedebo cum illo. Si prius, tantùm in illud, ut مانصنع صنعت mā tæſnæ ſanæ-tu, quicquid facies, feci: ſi poſterius, liber eſt influxus, ut ſi dicas ماصنعت اصنع mā ſanæ-te æſnæ ü, vel æſnæ, quidquid feciſti, faciam: ſi autem conditio non adſit expreſſa, ſed quodammodo ſubintelligatur, licet etiam ğezmare Futurum, ut يكن القتال تخرب البلد jekünil-kytālu juchrebil beledü. Fit bellum, deſtruetur regio, eſt enim ſenſus, ſi, vel quotieſcunque bellum fuerit, deſtruetur regio. Sic انصرني انصرك unſurni enſurke, adjuva me, adjuvabo te, i. e. ſi adjuves me, adjuvabo te.

Nasbant Futurum aliæ particulæ ei præfixæ, h. e. dant illi terminationem nasbi, ſeu Accuſativi in َ e, vel æ, ut ſunt لن len, nequaquam, ut in Paradigmate vidiſti, لن ينصر len jænſuræ, minimè adjuvabit, لن يضربوا len jæzribü, nequaquam verberabunt. Ubi nota in utroque hoc Futuro ğezmato, & nasbato abjici ن Pluralis maſculini, & aſſumi ا elif otioſum. Eſt enim regula generalis, quòd و waw ſervile in fine dictionis, ne eam terminet, adſciſcat ا elif otioſum, ut نصروا pro نصرو næſærü, adjuverunt, رموا pro رمو remew, jecerunt. Nasbant præterea ل li, ut conjunctio & ſynonime ان en, ut, & quòd, præcedente Verbo opinandi ظنّ zænne, حسب hæſibe, زعم zæ-āme, opinatus eſt, putavit, obſervavit, &c. كي kej, ut, eorumque compoſita لان lien, لكي likej, & كيلا kejlā, لكيلا likejlā, ut, ألّا ellā, & لئلّا liellā, ne, ut non, حتّي hættā, ut, vel donec, او ew, ut. Item اذن izen, vel اذاً izen, bene, age, poſitum nimirum initio ſententiæ, & proximè (vel intercedente ſaltem juramento, vocatione aut negatione) ante Futurum ut futurum; præfixâ autem eidem copulâ و we, vel ف fe, rariùs ğezmatur. Gezmant autem hæ duæ و & ف cùm ſignificant & ſimul, cùm ſcilicet præfixæ ſunt Futuro reſpectum habenti ad præcedentem ennuntiationem, ut ſequentibus exemplis advertere potes, جيْت لانصر ğitü li enſuræ, veni, ut adjuvem, احبّ ان تنصر æhybbü en tænſuræ, cupio, ut adjuves, احسب ان ينصر æhſibü en jænſuræ, & jænſurü, puto, quòd juvabit, جاء كي ينصرك ğiāe kej jænſureke, venit, ut te adjuvet, جاء حتّي ينصرك ğiāe hættā jænſureke, venit, ut te adjuvet, اسير حتّي تغيب الشّمس eſīrü hættā tæghybeš-šemsü, deambulabo donec occidat Sol. ارغب الله او يغفر لي erghybüllāhe ew jæghfire lī, rogabo Deum, ut parcat mihi, & انظره او تخرج entæzyruhu ew jæchrüğe, expectabo eum donec egrediatur. Sic ſi quis dicenti انجي اليك eltegi ilejke reſpondeat اذن انصرك izen ænſureke, bene juvabo te, vel اذن والله انصرك izen wāllāhi ænſurake, bene, per Deum juvabo te, vel اذن يا حبيبي انصرك izen jā hæbibi ænſureke, bene, amice mi, juvabo te, vel اذن لا انصرك izen lā ænſureke, واذن انصرك we izen ænſureke, & bene juvabo te. Sic انصرني فانصرك unſurnī fenſureke, adjuva me, ego quoque adjuvabo te. لا تضرب بطرس فيغضب lā tæzrib bætroſe fe jæghzæbe, ne verberes Petrum & iraſcetur, i.e. quia iraſcetur, aut ne iraſcatur, اين بيتك فازورك ejne bejtüke feezüreke, ubi eſt domus tua? & inviſam te, i. e. ut inviſam te. هل تأكل السّمك وتشرب اللّبن hel teekülüſ ſemeke we teſrebel-lebene, an piſces edes ſimulque lac bibes? لا تأكل السّمك وتشرب اللّبن lā teekülis ſemeke we teſrebel-lebene, ne comedas piſces & ſimul bibas lac.

Porrò Paragoge augetur Futurum adjectâ finali ejus literâ ن nun, quæ vocatur نون التّأكيد nünüt-teekīd, nun confirmationis; idque fit dupliciter, cum نّ ubique hoc modo

ينصرنّ iænſurenne, adjuvabit omnino ille, ينصرانّ ienſurānni, adjuvabunt omnino illi duo, ينصرنّ iænſurunne, adjuvabunt omnino illi plures. تنصرنّ tænſurenne, adjuvabit illa omnino, تنصرانّ tanſuranni, adjuvabunt omnino duæ, ينصرانّ iænſurānni,

Digitized by Google

ſurnānni, adjuvabunt omnino plures *fœminæ.* تنصرنّ *tænſurenne*, adjuvabis omnino *vir*, تنصرانّ *tænſurānni*, adjuvabitis omnino duo, تنصرنّ *tænſurunne*, adjuvabitis omnino plures *viri*, تنصرنّ *tænſurinne*, adjuvabis omnino *mulier*, تنصرانّ *tænſurānni*, adjuvabitis omnino duæ, تنصرنانّ *tænſurnānni*, adjuvabitis omnino plures *fœminæ.* انصرنّ *ænſurenne*, abjuvabo omnino, *Pl.* ننصرنّ *nænſurenne*, adjuvabimus omnino.

Aut cum نْ *ğezmato ſed in ſingulari ſolum ac Plurali maſculino & communi, hoc modo.*

ينصرن *iænſuræn*, adjuvabit omnino *vir*, ينصرن *iænſurun*, adjuvabunt omnino *viri*, تنصرن *tænſuren*, adjuvabit omnino *fœmina.* تنصرن *tænſuren*, adjuvabis omnino tu *vir*, تنصرن *tænſurin*, adjuvabis omnino tu *fœmina.* انصرن *ænſuren*, adjuvabo omnino, ننصرن *nænſuren*, adjuvabimus nos omnino.

Illud نّ *nun Paragogicum vocatur grave, hoc* نْ *leve.*

Vides autem ut ante ن *zæmma* ُ *tertiæ radicalis in* َ *fetham mutetur; itemque* و *&* ي *ſerviles in fine excidant, & in Plurali fæminino* ا *elif inſeratur, ne tria* ن *nun concurrant.*

ده *de*, *pro* دى *di*, دي ايمدي *di*, *ſeu de imdy*, ايا *ājā*, هلا *helā*, ايه *ihe*, ويه *wejhe*, ايها *ejhā*, Age, agedum, eia ergo. كوريم سنى *göre m ſeni*, video te, *q.* quàm ſis diligens, euge, macte, قومه ايمدي *koma imdy*, دي ايمدي بسم الله *de imdy biſmillāh*, agedum, age igitur in nomine Domini, غيرت ايله *ghæjret ejle*, animosè age, *sù, animo*, courage, تيز اول *téz ol*, تيزجه طوت *tézće tut*, Citò, age.

Prohibendi.

صقن *ſakyn*, اياك *ijjāke*, حذر *hæzer*, *vel* حذار *hæzār*, احذر *yhzyr*, باعد *bāʿid*, نفي *tæky*, امانمك *emāneke*, زنهار *zinhār*, cave, cave tibi, ايته ها *etme hā*, cave ne facias, اولسون *olmaſun*, *vel* اولميه *olmaja*, حاشا *hāšā*, مبادا *mebādā*, ne fiat, سكا ديرم *ſan a derüm*, tibi dico, cave, باشك كركسه صقن *bāšün-gerekſe ſakyn*, ſi tibi caput opus eſt, ſeu per tuum caput, cave. *Guardati per vita tua.* Sed hæ ſunt propriè phraſes aut formulæ loquendi, non adverbia, ut ſunt pariter plerǽque ſequentes.

Minandi.

اولسون *olſun*, *oſun*, ſit, ſit; واي باشكه *wāj bašun-e*, væ tibi, كوزكي اچ يوخسه سن بلورسن *gözün-y aċ jochſe ſen bilürſin*, cave tibi, alias tu ſciveris.

Laudandi & benedicendi.

آفرين *āferin*, ايه *ihe*, حمادى *hamādi*, مرحبا *merhabā*, دباه دباه *dübāhin dübāhin* .. Macte, euge. *O brauo!* په نه كوزل *pöh ne güzel*, ò quàm pulchrè, egregiè ſanè, انجق اولور *angiak olur*, vixita ſit, *h. e.* melius fieri non poteſt, چوق ياشه *ćiok jaša*, برخوردار اول *berchordār ol*, صاغ اول وار اول *ſagh ol war ol*, پير كمال اول *pirī kemāl ol*, vivas, diu vivas, عمرك چوق اولسون *ümrün-ćiok olſun*, *vel* عمركز چوق اوله *ümrun-uz ćiok ola*, *vel* زياده اوله *zijāde ola*, vivas diu felix, *q.* vita tua ſit multa aut diuturna, عمر و دولتكز زياده اولا *ümrü dewletün-uz zijāde ola*, *vel* اولسون *olſun*, *vel* الله تعالى عمرلر ويره ويرسون *allāh te-ālā ümürler wire*, *vel wirsün*, *vel* الله تعالى عمر و دولتكزي مزيد ايليه *allāhü te ālā ümrü dewletün-üzy mezīd ejleje*, producat Deus vitam tuam augeatque proſperitatem, &c.

Salutandi.

مرحبا *merhabā*, *vel. Arab.* مرحباً *merhaben*, & مرحباً وسهلاً *merhaben we ſehlen*, &

& مرحباً بك الله وسهلاً *merhaben bikallāhü we ſehelen*, ſalve, *excipiendi aliquem, vel gratulandi formula, q.* amplo & commodo fruaris loco, felix ſit tibi adventus, *quod Turcæ paſſim* خوش كلدك *choš geldün-, &* خوش كلدكز وصفا كلدكز *choš geldün-üz we ſæfa geldün üz*, خوش آمدي *choš āmedi p.* bene veneris, ihr ſeyt willkommen / *ſiate il ben venuto*, ſoyez le bien venu, witaycie / witam was; *Cui reſpondent plerumque* خوش بولدق *choš bulduk, q.* bene aut ſanum invenimus, *Ital. Ben trouato, vel gratias agunt ut infrà.*

سلام عليك *ſelām ælejk, ſeu* سلام عليكم *ſelāmün ælejküm, vel* السلام عليكم *eſſ-ſelāmü ælejküm*, ſalus, pax tibi, vel ſuper te, ſalve: *Cui reſpondent* عليك سلام *ælejk, pro ælejke ſelām, ſeu* وعليكم السلام *we ælejkümüſ-ſelām* (*cui addunt* رحمة الله وبركاته *ræhmetüllāhi we berekātühu*) ſalve tu quoque, &c. صباح الخير *ſæbāhul chæjr* (*&* الصّباح *æſſæbāhul-chæjr a.*) صباحكز خير اولا *ſabāhün-üz chæjr ola.* Bonum mane: *reſpondeturque primo* يا صباح الخير *iā ſæbāhul chæjr* (*quod ferè efferunt ſabal chair*) *ſecundo autem* عاقبتكز خير اولا *ākybetün-üz chæjr ola, q.* extrema veſtra *ſeu* tua ſint felicia. Sic مسا الخير *meſel chæir, aut ferè myſyl chair*, bonus veſper, *Reſp.* يا مسا الخير *iā meſel chæir, aliàs* اخشامكز خير اولا *achſamün üz chæir ola. q.* veſper veſter ſit felix; *cui ut & ſequenti reſpondetur ut ſuperiùs* عاقبتكز خير اولا *ākybetün-üz chæir ola*, كيجه‌كز خير اولا *gigen-uz chæir ola*, bona nox, fauſtam noctem precor, &c. *Dignitatem vel bonum quid aſſecuto dicunt* مبارك اولسون *mübārek olſun, vel* مبارك باد *mübarek bād*, ſit felix, fauſtum, gratulor tibi, &c. *quod Turca v.g.* منصبك قوتلو اولسون *manſybün-kutlu olſun*, tuum officium ſit fauſtum. *Occurrenti in via dicunt* اوغرلر اوله *oghurlar ola, &* اوغر اولا *oghur ola*, felicibus avibus, boni ſit ominis & augurii occurſus, *cui reſpondetur* vel ut ſuprà *ākybetün-üz chæir ola*, vel gratias agendo الله راضي اولا *allāh rāzy ola. Sternutanti* خير اولا *chæir ola*, خيرلر اولا *chæirlar ola*, profit, ſit felix; *reſp.* ut ſuprà *ākybetün-üz, &c. vel dicitur* يرحمكم الله *jerhæmükümüllāh, & reſp.* يهديكم الله *jehdikümullāh*, Miſereatur tui Deus: te dirigat Deus in viam ſalutis. *Opus operanti* قولاي كله *kolaj gele, vel* ايش اولسون *iš olſun*, faciliteur, vel perficiatur opus. *Reſp.* الله راضي اولا *allah rāzy ola.* In diſceſſu ياهو *iāhū*, الوداع *elwedā*, vale, *vel* دعالر *du-āler, vel* خوشچه قالك *chošće kalün, idem, q.* apprecationes vobis fiunt, vel bene manete, &c. *Reſp.* وار صاغلغله *war ſaghlygh ile, vel* صاغلجقلر ايله *ſaghlygiaklar ile*, & itineranti يولكز اچق اولسون *iolün-üz acik olſun, vel* الله يول ويره *allāh jöl wire*, felix iter, Deus det felix iter, &c.

Rogandi.

كرم ايله *kerem ejle*, لطف ايلك *lutf ejlen-*, احسان ايلك *yhsān ejlen-*. Quæſo, amabo, fac gratiam. *Prego, per gratia, di gratia, fate gratia.* عزيز باشك اچون *æzīz bašün-icjün.* Per tuum caput eximium, quæſo. بني سورسك *beni ſewerſen-*. Si me amas. اللهي سورسك *allāhī ſewerſen-*. Si Deum amas.

Maledicendi.

لعنت اكا *lænet an-a*, vel لعنت اوزرينه *lænet üzerine*, لعنت الله عليه *lænetüllāhi ælejhi.* Maledictio Dei ſuper ipſum. *Sia maledetto.* الله بلا ويرسون *allāh belā wirsün*, vel الله بلا سن ويرسون *allah belāſin wirsün.* Affligat illum Deus. *Il malanno, che Dio gli dia, gli venga il malanno.* Sic الله بلاك ويرسون *allāh belān-wirsün.* Deus te affligat. تكري بلاسنه اوغرايه‌سن *tan-ri belaſine* (*chyšmine*) *oghrajaſin.* Incurras maledictionem Dei. اوكيه سن *on-majaſin*, Non evadas in virum, ياشاميه‌سن *jašamajaſin*, non vivas. *Derepente vociferanti maledicunt ſæpe ſic:* قرن اغريسي *karn aghryſi, quaſi* dolor ventris tibi accidat, *vel* چاتليه‌سن *ćiatlajaſin*, rumparis. جهنمه *ǵehenneme, q.* ad infernum, ad diabolum, *& alia minùs honeſta.*

Dubitandi.

مكر *meger*, forte, *&* niſi, يوخسه *jochſa, &* يوقسه *jokſa*, والّا *we illā*, aliàs, alioquin, بلكه *belki*, لعل *le-ælle*, Forlan, fortaſſis, اولاكه *olaki*, شايد *šājed.* شايدكه *šajedki*, forte, fieri poteſt ut.. احتمالدركه *yhtimāl dürki*, fieri poteſt ut.., *q. C'è ſoſpetto, potrebbe eſſer, può eſſer, che, chi sà, che...*

Simili-

Quæ ad calcem vocis affiguntur ſunt ده *de*, دن *den*, جه *ğe*, جلين *ğilein*, inſtar, adinſtar, لين *lein*, *Idem.* له *le*, *&* يله *ile*, pro ſeparata ايله, cum, چون *čiün*, *&* يچون *ičiün*, pro ſeparata ايچون *ičiün*, pro, propter, سز *ſyz*, *&* سوز *ſüz*, ſine, ſed etiam ſeparari poteſt. Reliquæ ſejunctim Nomini poſtponuntur.

ده *de* ergo *in*, *ſine motu*, & aliquando *ad*, *apud*, *de*, affigitur Nominativo, *ſeu* conſtruitur eodem modo, quo دن *den*, cujus tot exempla habuiſti in Ablativis Nominum & Pronominum. Sic dicitur بنده *bende*, in me, apud me, penes me, سنده *ſende*, in te, apud te, penes te. انده *anda*, in eo, *&* ibi, بونده *bunda*, in hoc, *&* hîc, انلرده *anlarda*, in illis. قبوده طورر *kapude durür*, ſtat ad januam, præ foribus, علم نجوم بياننده *ýlmī nüğiūm bejāninde.* De ſcientia Aſtrologiæ, *q.* in explicatione aut expoſitione ſcientiæ Aſtrologiæ, quod Perſæ pariter dicunt دربيان علم نجوم *der bejānī ýlmī nüğiūm*, *Idem.* Ubi nota, quod alibi inſinuatum eſt, in Nominibus affixo perſonali affectis retineri illud ن *nun*, quod habent in aliis caſibus præter Nominativum, quod intelligendum etiam eſt de دن *den*, à, ex, *&* de, جه *ğe*, ſecundùm, &c, *&* de سز *ſyz*, ſine; ſed hæc ultima poteſt etiam addi ſimplici Nominativo, quod nunquam fit de aliis tribus præmemoratis.

دن *den*, à, ab, abs, ex, è, *&* per, ut بندن *benden*, à me, *&* ex me, اندن *andan*, ab eo, ex eo, per id, *&* inde, illinc, *ac* illac, يرندن قالقدي *jerinden kalkty.* Surrexit à loco ſuo. باباسندن قورقر *babaſinden korkar.* Patrem ſuum timet. بو ولايتدن كچدي *bu wilājetten gečty.* Per hanc regionem tranſiit.

جه *ğe*, in, ſecundùm, juxta, ut يرلو يرنجه *jerlü jerinğe*, locum habens in ſuo loco, *ſeu* quiſque in ſuo loco. Sic طايفه مرتبه‌لو مرتبه سنجه اوتوررلرايدي *tāiſe mertebelü mertebeſinğe oturürlerdy.* Populus gradum habens, *ſeu* dignitate præditus ſecundùm gradum ſuum ſedebat, *ſeu* quiſque in ſuo gradu, *aut* pro ſua dignitate locum occupârat. نمچه‌جه *nemčeğe*, juxta morem, *vel* idioma Germanicum, *&* نمچه دلنجه *nemčedilinğe*, Linguâ Germanicâ, عادتجه *ādetče*, pro more, juxta conſuetudinem, *&* planè عادتنجه *ādetinğe*, pro ſua conſuetudine. دشمنك عسكريني ايكي كندولرجه كوررلر *düšmenün āskerini iki ğendülerğe görürler.* Hoſtilem exercitum ſe duplo numeroſiorem exiſtimant. *Gall.* Il leur ſemble que les ennemis ſont deux fois autant qu'eux.

جلين *ğilein*, *&* *rarius* لين *lein* inſtar, latinæ inſeparabili *modi* reſpondent, *&* eodem modo, quo præcedentes, conſtruuntur, ut انجلين *anğilein*, ejuſmodi, *Gall.* Comme luy, & comme cela. بونجلين *bunğilein* hujuſmodi, inſtar hujus, سزجلين *ſizğilein*, inſtar veſtri, *come voi*, بنمكيلين *benümkilein*, inſtar mei, *come il mio.*

له *le*, *&* يله *ile*, cum, *vide infrà in* ايله *ile.* Sic & چون *čiün*, *vel* ايچون *ičiün* pro, propter, *vide infrà* ايچون

سز *ſyz vel* سوز *ſüz*, ſine, abſque, Nominativo quidem affigitur, ſed plerumque retinet illud ن *nun* pronominum & nominum affixo pronominali affectorum, ut ارسز *erſyz*, ſine viro, عورتسز *āwretſyz*, abſque fœmina, انسز *anſyz*, abſque eo, بونسز *bunſyz*, abſque hoc, ياردمنسز *jardüminſyz*, abſque auxilio ejus. *Teſ.*

Ex ſeparabilibus اوزره *üzre*, juxta, ſecundum, ſupra, contra, ايچره *ičre*, inter, intra, Nominativo ſemper poſtponuntur, ut عادت اوزره *ādet üzre*, juxta conſuetudinem, باش اوزره *baš üzre*; ſupra caput, *pro* libenter, روضه ايچره *rewza ičre*, in horto, intra hortum, اتلر ايچره *atlar ičre*, inter equos. Aliàs ſunt *q.* nomina اوزر *üzer*, ſuperior aut oppoſita pars, ايچر *ičer*, interior; ex quibus, ut & ex aliis, ſupplentur aliæ præpoſitiones, ut infra.

Sic اشوري *ašüri*, ultra, trans, per, *Gall.* Au travers, par deſſus, outre, ut دكز اشوري *deniz ašüri*, trans mare, per mare, طاغ اشوري *dagh ašüri*, ultra, poſt, traus montem. اوج ديوار اشوري *üč diwār ašüri*, trans, per tres muros, tribus muris trajectis, *paſſato tre muraglie*: aliàs dicitur ايكى كون اشوري *iki ğün ašüri*, ternis diebus, *due giorni di mezo, ogni quattro giorni.*

ايله *ile*, cum, ſeparatim ponitur, ſed ut dictum eſt, ſæpe contrahitur, & nomini affigitur in nominativo, at pronominum primitivorum genitivo, ut اغا ايله *agha ile*, cum Domino, خاتون ايله *chātün ile*, cum Domina, اغاسي ايله *vel uſit.* اغاسيله *aghasī ile*, cum ſuo vel ejus Domino, بنم ايله *vel uſit.* بنمله *benüm ile*, *aut rariùs benüm*

nümle, سزكله *ſizün-ile*, vobiſcum, dicitur tamen in Pl. انلر ايله *anlar ile*, *&* انلرك ايله *anlarün-ile*, cum, eis. ſic كيم ايله *kim ile*, *vel* كيمك ايله *kimün-ile*, cum quo?

Sic omnino conſtruitur اچون *icün*, pro, propter, de, ut اغا اچون *agha icün* pro Domino, خاتون اچون *chatün icün*, pro Domina, اغاسي اچون *vel contractè* اغاسيچون *aghasi icün*, pro ſuo Domino, propter ſuum Dominum, بنم اچون *benüm icün*, propter me, سزك اچون *vel* سزيچون *ſizün-icün*, propter vos. انلر اچون *anlar icün*, *&* انلرك اچون *anlarün-icün*, pro illis, propter illos. كيمك اچون *kimün-icün*, *& rarius* كيم اچون *kim icün*, pro quo, propter quem? نه اچون *ne icün*, pro quo, propter quid?

كبي *gibi*, inſtar, ſicut, jungitur nominativo nominum, *&* genitivo pronominum primitivorum, ut ار كبي *er gibi*, inſtar viri, ſicut vir, بنم كبي *benüm gibi*, mei inſtar, ſicut ego, سزك كبي *ſizüñ-gibi*, veſtri inſtar, كيمك كبي *kimün-gibi*, cujus inſtar, ut quis? نه نك كبي *neuün-gibi*, cujuſmodi, ut quid? انلر كبي *anlar gibi*, *&* انلرك كبي *anlarün gibi*, inſtar eorum, ſicut illi.

Dativo poſtponuntur ſequentes

دك *dek*, *&* دكين *degin*, uſque; ut بازاره دك *bāzāredek*, uſque ad forum, mercatum, &c. بو زمانه دكين *bu zemāne degin*, *pro quo* بو زمانه كلنجه *bu zemāne gelinğe*, uſque ad hoc tempus. بدونه دكين *büdüne degin*, aut uſit. بدونه وارنجه *büdüne waringe*, uſque Budam *Hungariæ Urbem à Turcis occupatam.*

كوره *göre*, juxta, ſecundùm, conformiter, *ut* اكا كوره *an-a göre*, juxta id, conformiter ad id. Sic in Verbis ديدوككه كوره *didügün-e göre*, juxta id quod, *vel* prout dicis, *vel* dixiſti.

طوغرو *doghru*, versùs, *ſeu potiùs* rectà, شهره طوغرو *ſehre doghru*, versùs Civitatem, *q.* rectà ad Civitatem.

قرشو *karſü*, contra, è regione قلعه يه قرشو *kal-ăje karſü*, contra arcem, è regione arcis; ſed hoc قرشو *karſü*, ut eſt Nomen, aſſumit affixa perſonæ, & inde ſupplentur præpoſitiones, ut paulò inferiùs notabitur. Sic etiam dicitur اكا مقابل *an a mukabil*, contrà, adversùs eum, è regione ejus, *&* شهره يقين *ſehre jakyn*, vel شهره قريب *ſehre karib*, prope Civitatem; ſed mera ſunt Adjectiva adverbialiter poſita.

Dicitur & اكا نسبت *an a niſpet*, præ illo, reſpectu illius, *&* in deſpectum illius, *eſt autem pro* نسبتا *niſpeten*, *Idem*

Ablativo adjunguntur ſubſequentes

اوترو *&* اوتري *ötürü*, propter, pro, ut سندن اوترو *ſenden ötürü*, propter te, tui causâ, *&* pro te.

يكا *jen-ā*, versùs, *&* quoad, erga, ratione.., ut شهردن يكا *ſeherden jan-ā*, versùs Urbem, *q.* ad partem urbis. بندن يكا *benden jen-ā*, quoad me, ratione mei. Strony mnie / co ſemnie. اندن يكا محبتله توجه اندي *andan jen-ā muhabbetile teweğğiüh itty*. Amore propenſus fuit erga illum, adamavit. *Tiſ.*

صكره *ſon-ra*, poſt, بندن صكره *benden ſon-ra*, poſt me, & oppoſita, اوكدين *öndin & ögdin*, اول *ewwel*, مقدم *mukæddem*, antè, priùs, سندن اوكدين *ſenden öndin*, *vel* سندن اول *ſenden ewwel*, *&* سندن مقدم *ſenden mukaddem*, ante te, *i. e.* priùs quàm tu. Sic dicitur سندن الرو *ſenden ileiü*, ante te, *q.* ulteriùs quàm tu, *più avanti, più oltre di te*, & in eodem ſenſu سندن يوقري *ſenden iekary*, altiùs te, ſupra te, سندن اشغه *ſenden aſagha*, inferiùs te, ſub te.

اوته *öte*, ultra, trans, *&* برو *berü*, cis, citra, ut شهردن اوته *ſeherden öte*, ultra, trans civitatem, شهردن برو *ſeherden berü*, cis civitatem, ex hac parte Civitatis, *di quà dalla Città*, ut ibi, *di là*.

غيري *ghajry*, *&* ماعدا *mā-ădā*, præter, excepto, ut اندن غيري *andan ghajry*, *&* اندن ماعدا *andan mā-ădā*, præter id, & eo excepto, *fuori di ciò*, *& oltre ciò*. Sed Arabica ſunt.

طشره *taſra*, *vul.* دشاري *diſary*, extra, *&* ايچرو *icerü*, intra, intrò, ut شهردن طشره *ſeherden taſra*, *vul.* *diſari*, extra urbem, شهردن ايچرو *ſeherden icerü*, intra civitatem, ſed hoc commodiùs reddes شهر ايچنده *ſehr iciude*, *&* ſi ſit motus شهر ايچنه *ſehr icine*, intra urbem, in urbe, in urbem.

Loco præpoſitionis latinæ *ad*, & *in cum motu*, *ſeu poſt quæſtionem* quò? ponunt tantùm

tùm Turcæ nomen in Dativo, ut شهره واردي *ſehre wardy*, ivit ad & in urbem, ſic باغچه يه *vel* باغچيه *baghciaja*, ad hortum, اغايه *aghajæ*, ad Dominum. Sed quando de perſonâ agitur, addunt ſæpe ſubſtantivum aliquod, *v. g. ad conſpectum, ad præſentiam,* addito ſæpe elegantiæ causâ epitheto, *ut in literis, e. g.* بنم عزتلو دوستم سلطانم حضرتلرينك حضور شريفلرينه دعالر *benum jzzetlu doſtüm*, vel *ſultanum hazretlerinun huzüri ſeriflerine du-âler, &c.* aut ſimplicius حضورنه *huzürine*, قلبنه *kybeline*, صوبنه *ſæwbine*, جانبنه *giânibine*, *& ſimilia, q.* Ad nobilem conſpectum, ad partem mei magnifici amici, *aut* Domini mei, apprecationes, &c. quod verbo nos abſolveremus: Illuſtriſſimo Domino meo ſalutem, &c.

Cæteras præpoſitiones noſtras circumſcribunt per nomina ad modum duorum ſubſtantivorum in regimine poſitorum. Sic ab الت *alt* pars inferior. *Gall.* Le deſſous, faciunt cum affixis التم *altüm*, mea pars inferior, *Gall.* Mon deſſous التك *altün*, ton deſſous, التى *alty*, ſon deſſous, &c. Quibus additâ præpoſitione ده *de* ſupplent præpoſitionem *ſub*, *vel infra* hoc modo التمده *altümde*, ſub me, التكده *altün-de*, ſub te, التنده *altynde*, ſub ſe, & ſub eo, التمزده *altümüzde*, ſub nobis, التكزده *altün-üzde*, ſub vobis, التلرنده *altlerinde*, ſub ſe, & ſub eis, اسكمله التندن *iskemle altynde*, ſub ſcamno. Sic ab اوست *uſt* & اوزر *üzer*, pars ſuperior, *Gall.* Le deſſus, fit اوستمده *uſtumde*, اوزرمده *üzerümde*, ſupra me, اوستكده *uſtün-de*, اوزركده *üzerün-de*, ſupra te, &c. اسكمله اوستنده *iskemle uſtünde*, *vel* اوزرنده *üzerinde*, ſupra ſcamnum, (*quod & فوقنده fewkynde, ex Arab.* فوق *fewk*) Pari modo ab اوك *ön*, pars anterior, *Gall.* Le devant, اوكمده *ön-ümde*, ante me, coram me, *quod &* اوكمجه *ön-ümğe*, *idem* اغا اوكنده *agha ön-ynde*, *quod &* اغا حضورنده *agha huzürinde, &c.* coram Dominō, in præſentia Domini: ab ارد *ard*, poſterior pars, tergum, *Gall.* Le derrier, اردمده *ardümde*, & اردمجه *ardümğe*, ponè me, poſt me, اردنده *ardinde*, ponè, poſt illum vel illud, & clam, à tergo; ab ايچ *ic*, pars interior, *Gall.* Le dedans, ايچمده *icümde*, intra me, او ايچنده *ew icinde*, *quod &* او درونده *ew derününde*, intra domum, in domo, *quod &* داخلنده *dâchylinde*, *idem*: à طش *taš*, *vel tyš*, *dyš*, *aut uſit.* طشره *tašra*, طشنده *tašinde*, *vel dyšinde*, *& uſit.* طشره سنده *tašraſinde*, *vul. dišariſinde*, extra eum, id, *quod &* خارجنده *chârigînde*, *idem*. Sic à قرشو *karšü*, qui, quæ, quod contra, aut oppoſitum eſt, قرشوسنده *karšuſinde*, ex oppoſito, è regione ejus, & coram ipſo: ab ايچرو *iceru*, interior pars, ايچروسنده *icrüſinde*, intra eum, id. Sic denique à ſubſtantivis يان *jan*, قات *vel* قت *kat*, *kyt*, latus, pars, fit يانمده *ianümde*, قاتمده *katümde*, & قتمده *kytümde*, penès me, apud me, przy mnie / يانندە *ianinde*, apud ipſum, penès ipſum, جاهللر قتنده *giâhiller kytynde*, apud ignaros, مقابله سنده *mukâbeleſinde*, è regione ipſius, & è contra, ex oppoſito. *Dirimpetto, incontro, & in contracambio.* اورتاسنده *ortaſinde*, ميانندە *mijâninde*, in medio eorum, inter eos, اراسنده *araſinde*, *idem*, inter, هر ايكي انجونك اراسنده *her iki inğiunün-araſinde*, inter quaslibet duas margaritas, آدملر اراسنده *âdemler araſinde*, *quod &* آدملر ايچنده *âdemler icinde*, inter homines, چوره سنده طورورلر *cewreſinde durürler*, circa eum ſtant, *gli ſtanno attorno.* طونانك اوته يقه سنده *tunanün-öte iakaſinde*, trans Danubium, ex altera parte Danubii, برو يقه سنده *berü iakaſinde*, cis Danubium, ex hac parte Danubii, ياليسنده *ialyſinde*, ad ripam ejus, ad Danubium. حقنده *hakkynde*, de eo, circa eum, erga eum, id, &c. سنك حقكده سوزلر سويلندى كه *ſenün-hakkun-de sözler ſojlendy ki.* De te talia verba prolata ſunt, quæ, *vel*, ut.

Nota autem, quòd ſi fiat motus ad locum, ponuntur iſta omnia in Dativo loco præpoſitionis ده *de*, ut التنه دوشدي *altynæ dušty.* Sub eum cecidit. اوستنه *uſtüne*, vel اوزرنه دوشدي *üzerine dušty.* Cecidit ſuper eum, *vel* in eum irruit, impetum fecit. يانِنه وارمش *janine warmyš.* Ivit ad eum, acceſſit eum. Szedł/albo przyſtał do niego. اوكنه دوشدي *ön-yne dušty*, præceſſit eum, اردنه دوشدي *ardyne dušty*, inſecutus eſt eum, ايچنه كيردي *icine girdy*, introivit ad eum, eam, id.

Si autem fiat motus ex loco & per locum, ponuntur in Ablativo, ut اسكمله التندن چقدي *iskemle altyndan čikty*, *q.* exivit ex ſub ſcamno. *Gall.* Il eſt ſorti de deſſous le banc, & ſic de aliis.

¶ *Præpoſitionum*, ſeu, *ut ipſi eas vocant, particularum Arabicarum aliæ ſunt inſeparabiles,*

parabiles , aliæ ſeparabiles , omneſque præponuntur , ac (perpaucis exceptis) locant Nomen in Genitivo.

Inſeparabiles ſunt ſequentes

ب *ſeu* ـِب *bi* , in , per , cum , propter , ex , *ut* بالمسجد *bilmesǧidi* , in templo , بالله *billāhi*, per Deum *jurando.* اشتريت الفرس بسرجه *iśterejtül-ferese biserǧihi.* Emi equum cum ſella ejus. بدخولك *bi duchūlike* , propter introitum tuum. مرّ بي *merre bī*, tranſivit juxta me , & me præteriit , بالاتّفاق *bil-ittifāky* , ex condicto , communi conſenſu. *Denotat etiam inſtrumentum* , ſeu *adjutorium , quo quid fit , ut* كتبت بالقلم *ketebtü bil kalemi*, ſcripſi calamo. *Dicitur etiam* جاء به *ǧiā-e bihi* , venit cum eo , illum *vel* illud attulit, adduxit , انا بمؤمن *ene bi müüminin* , ſum credens aut fidelis , لست بعالم *lestü bi-ālimin*, non ſum doctus , بحسبك زيد *bi hasbike zejdün* , ſufficit tibi Zejdus , *vel* ſecundùm te Zejdus.

ت ſeu ـَت *te ante* الله *allāh nota eſt juramenti, uti* و *we* , *ut* تالله *tallāhi*, والله *wallāhi*, per Deum *juro.*

ك *ke*, inſtar, ſicut , *ut* كرجل *ke reǧiülin* , inſtar hominis , ſicut homo ; *non admittit affixa* , اقترسه كالاسد *yktereſehu kel-eſedy* , diſcerpſit eum inſtar leonis.

ل *li* , *& cum affixis le , nota eſt Dativi , & ſæpe Genitivi* , & propter , ad , لله *lillāhi* , Deo , & propter Deum , *etiam jurando* , per Deum. النطق للانسان *en-nutku lil-insāni* , loquela & rationalitas propria eſt hominis. ضربته للتأديب *zarabtühu lit-teedibi*, verberavi eum ad eruditionem, *ſeu* ad erudiendum. *Significat etiam* ل *li*, ut, *præfixa Verbo; & le præfigitur Nomini*, pec. *poſt* انّ *inne. ut* انّ الله لقدير *innallāhe lekadīrün* , etenim, *vel* utique Deus eſt potens , انّ الله لفي السّماء *innallāhe lefiſſemāi* , etenim Deus eſt in cœlo.

و *we* , *jurandi particula* , وربّ *we rebbin* , per Dominum , والله *wallāhi* , per Deum. *Item æquivalet præpoſitioni latinæ* cum , *& locat Nomen in Accuſativo , ut* جاء الامير والجيش *ǧiā-el-emīru wel ǧejse* , venit Imperator cum exercitu.

Separabiles ſunt من *min* , à , ab , ex , è , de , *ut* من المهد *minel mehdi* , ab incunabulis , منّي *minnī* , ex me , منّا *minnā* , ex nobis , ممّا *mimmā* , ex quo , البيت من الحجارة والخشب *el bejtü minel hyǧiāreti welchaśebi* , domus ex lapidibus & lignis, اجتنبوا الرّجس من الاوثان *iǧtenibūr-rüǧse minel ewsāni* , fugite turpitudinem, quæ eſt idolorum , ما جاءني من احد *mā ǧiā-enī min ahedin* , non venit ad me quiſquam ; *redundans eſt loco* ما جاءني احدٌ *mā ǧiā-enī ahedun.*

الي *ilā* , ad , uſque ad , *ut* نزلت من السّماء الي الارض *nezeltü mineſſemāi ilel-erzy*, deſcendi de cœlo in terram , زاد فرسانا الي الراجلين *zāde firsānen iler-rāǧilīne* , adjunxit equites peditibus.

حتّي *hættā* , uſque ad , *incluſivè*, etiam uſque, uſque tandem (*& cum Verbis* donec, cùm) *ut* مات الرّجال حتّي الانبياء *māter-riǧiālü hættel-embijāi* , mortui ſunt homines uſque ad Prophetas , *i. e.* etiam Prophetæ , اكلت السّمكة حتّي رأسها *ekeltüs-ſemekete hættā reeſihā* , comedi piſcem uſque etiam & caput ejus. *Sed* اكلت السّمكة الي رأسها *ekeltüs-ſemekete ilā reeſihā* , comedi piſcem uſque ad caput ejus , *ſcil.* caput intactum reliqui.

في *fī* , in , ſuper , de , *ut* في البيت *fīl bejti* , in domo , في العلم *fīl ylmi* , de aut ſuper ſcientia , في الواقع *fīl wāky-y* , de facto , re ipſâ , في الحقيقة *fīl hakykati* , in rei veritate , verè.

عن *ān* , à , ab , de , *ut* هو خارجاً عن الهيكل *hüwe chāriǧen ānil hejkeli* , ipſe ſtabat foras extra templum , بعد عن الكرم *be-ūde ānil kermi* , elongatus eſt à vinea , سألت عنه *seeltü ānhu* , interrogavi de eo , *& i. q.* من اجل *min eǧli* , propter , *ut* فعلت هذا عنك *fe-ăltü hāzā ānke* , feci hoc gratiâ tui , propter te , *&* جئت مهيّأة للحرب عنه *ǧitü mühejjāen lilharbi ānhu.* Veni paratus in auxilium ejus. *Aſſumit autem* ـِ *keſram, prout omnes literæ quieſcentes in fine dictionis, ſequente* ا *elif unionis.*

علي *ālā* , ſuper , de , contra , erga , verſus , *ut* يوسف علي رأس الجبل *jūsüfü ālā reeſil-*

ſil ğebeli, Joſeph ſt ſuper verticem montis, غضبت عليه *ghazybtü âlejhi*, iratus ſum contra eum, خرج داود علي الجبار *chareğe dāūdü âlel ğebbāri*, egreſſus eſt David adverſùs gigantem, علي الغفلة *âlel ghafleti*, de improviſo, علي قدر الطاقة *âli kadrit-tāka*, juxta quantitatem virium, pro poſſe.

لدي *ledā*, لدن *leden*, & interdum, لدا *leden*, لد *lede*, *led*, *lüd*, لدن *ledin*, *ledün*, *lüdün*, *ledni*, & *lüdni*, apud, juxta, prope, coram, *ut* لدي الوصول *ledel wusūli*, juxta adventum, *i. e.* cùm pervenerit. *Ll.* من لدن *min ledün*, à, *d'appreſſo*, d'aupres.

مذ *müz* & *miz* & *müze*, & منذ *münzü* & *münze*, *minzü*, ex, à, indeà, *de præterito*, *ut* ما رأيته مذ يوم الخميس *mā reejtühu müz jeumil chemīſi*, non vidi eum à die Jovis. *Dicitur etiam* لقيته منذ يومان *lakajtühu münzü jeumāni*, occurrit mihi ante duos circiter dies, & ما لقيته منذ اليوم *mā lekajtühu münzül jeumi*, non vidi eum totâ hâc die. *Gall.* Je ne l'ay veu d'aujourd'huy, *quod & ſic* ما رأيته مذ شهرنا *mā reejtühu müz ſehrinā*, vel منذ يومنا *münzü jeuminā*, non vidi eum toto hoc menſe, *vel* totâ hâc die. *Sic* ما رأيته منذ الجمعة *mā reejtühu münzül ğiumâti*, non vidi eum à die Veneris.

بلا *bilā*, ſine, *ut* بلاك *bilāke*, ſine te, بلا سبب *bilā ſebebebin*, ſine cauſa.

خلا *chalā*, عدا *âdā*, حاشا *hāſā*, præter, *ſed hæ præter Genitivum, Accuſativum quoque regunt, ut* جاءني القوم خلا زيد *ğiāenil-kawmu chalā zejdin*, vel عدا زيد *âdā zejdin*, vel حاشا زيد *hāſā zejdin*, & زيداً *zejden*. Venit ad me populus præter Zeidum, excipe Zeidum: *ſunt enim merè verba hæc ultima tria.* الا *illā autem*, præter, niſi, prærerquam, *cùm oratio eſt affirmans, regit Accuſativum, ut* غرق الناس الا نوحاً *ghurykan-nāsü illā nūhen*, ſubmerſi ſunt homines præter Noachum; *ſi negans, & nomen, unde fit exceptio, ſubticeatur, exceptum nominis ſubintellecti caſum accipit, ut* ما قام الا زيدٌ *mā kāme illā zejdün*, non ſtat niſi Zeidus, ما رأيت الا زيداً *mā reejtü illā zejden*, non vidi niſi Zeidum. *Si verò exprimatur illud nomen exceptum, indifferenter aut ejuſdem cum illo caſûs eſt, aut Accuſativi*, ما قام احدٌ الا زيدٌ *mā kāme ahadün illā zejdün*, vel الا زيداً *illā zejden*, non ſtat quiſquam præter Zeidum.

غير *ghajre*, & سوي *süwā ac ſiwā*, & سواء *ſewā-e*, præter, præterquam, *cenſentur etiam præpoſitiones*, ſeu *particulæ exceptivæ regentes Genitivum, ſed ſunt propriè nomina declinabilia, ut ſunt multa alia, quibus exprimuntur noſtræ præpoſitiones. Sic dicitur* خرج القوم غير زيد *chareğel kawmü ghajre zejdin*, vel سوي زيد *ſewā zejdin*, egreſſus eſt populus præter Zeidum; *& ſic quidem in affirmatione, ſed in negatione, ponuntur in eo caſu, quem requirit Verbum, ut* ما خرج غير زيد *mā chareğe ghajrü zejdin*, non egreſſus eſt niſi Zeidus, ما ضربت غير زيد *mā zarebtü ghajre zejdin*, non verberavi niſi Zeidum; *& cùm exprimitur Nominativus Verbi, dicitur* ما خرج انسانٌ غير زيد *mā chareğe insānün ghajrü*, vel *ghajre zejdin*, non eſt egreſſus homo, *ſeu* quiſquam præter Zeidum. *Ubi nota per hanc vocem* غير *ghajrü exprimi plerumque noſtra compoſita negativa per* in, *ut* غير مكمّل *ghajrü mükemmelin*, imperfectus, غير مكمّلة *ghajrü mükemmeletin*, imperfecta. *Erp.*

Alia nomina ſubſtantiva, quibus exprimuntur reliquæ præpoſitiones, ſunt ea præſertim, quæ vocantur الجهات *el ğihātü*, ſitus, *ponunturque adverbialiter in caſu Accuſativo, ac ſequens nomen regunt in Genitivo. Sunt ergo* قبل *kable* (*aliis kyble*) ante, *ut* قبل الدخول *kablid duchūli*, ante ingreſſum. *Oppoſitum ejus* بعد *bâde*, poſt, *ut* بعد السلام *bâdes ſelāmi*, poſt ſalurationem, præmiſsâ ſalute.

امام *imāme*, *emāme*, coram, in conſpectu, *ut* امامك *imāmeke*, coram te, & cave tibi. *Oppoſitum* خلف *chalfe*, ponè, poſt, à tergo, خلفك *chalfeke*, à tergo tuo, poſt te. & قدام *kuddāme*, ante, coram, ex adverſo, è regione, contra. *Oppoſitum* وراء *werā-e*, poſt, retrò, ponè.

فوق *fewka*, ſupra, *ut* فوق التراب *fewket-türābi*, ſupra terram. *Oppoſitum* تحت

tahte,

tahte, infra, ſub, *ut* تحت القلعة *tahtel-kal-ăti*, ſeu vulg. *tahtel-kala*, ſub arce, & forum prætorianum.

عند *jnde*, apud, ut عند الله و عند الناس *jndallahi we jnden-năſi*, apud Deum & homines. *Sic* دون *düne*, infra, *de numero*, *&* propter, عبر, *ăbre*, trans, بدل *bedele*, pro, loco, حول *hawle*, circa, بين *bejne*, inter, *&* شطر *ŝatre*, verſus, *&* *ſimilia*, *quibus etiam præponi poſſunt aliæ præpoſitiones*, *ut* من فوق *min feuky*, deſuper, ſupernè, من دون *min dŭni*, præter, من اجل *min eğli*, propter, لاجل *lieğli*, *idem*, *&c*.

Præpoſitiones Perſicæ conſtruuntur cum Nominativo ſuntque

از *ez*, *&* *aliquando* ز *zi*, *ez*, de, à, ab, *&* præ *in comparatione*. ازانجا *ez ăngiă*, ex eo loco, & inde, deinde, ازاين جمله *ez in ğiumle*, ex his omnibus.

با *bă*, cum, *i. q.* Arabica مع *me-ă*, ut با تو *bă tü*, tecum, باشما *bă ŝümă* vobiſcum, با او رفتم *băo reftem*, ivi cum eo.

به *be ſeparata*, *aut uſit.* ب *be conjuncta ſeu inſeparabiliter nomini præfixa* eaſdem ferè ſignificatione habet ac ب *bi Arabicum*, ſed plerumque ſignificat *ad*, aut refert Dativum noſtrum, رفتم بحصار *reftem be hysăr*, ivi ad urbem, بدان كفت *bedan ğüft*, dixit illi, etiam pro *in*, tam de loco, quàm de tempore, ut بشهر است *beŝeher eſt*, in urbe eſt, كفتن بوقت خاموشي *ğüften bewaxti chămüŝi*, loqui tempore ſilentii, *ſeu* cùm ſilendum eſſet.

بر *ber*, *&* ابر *eber*, ſuper, ſupra, juxta, ut برمن *ber men*, ſupra me, برمنوال مشروح *ber minwăli meŝrüh*, modo ſupra explicato.

بي *bi*, ſine, abſque, ut بي شبهه *bi ŝübhe*, abſque dubio, & indubitatus, بي هنر *bi hüner*, abſque virtute, & virtutis expers.

پيش *piŝ*, ante, ad, apud, penès, coram, *&* پس *pes*, poſt, ponè. Cum de tempore agitur cum Ablativo ſæpe conſtruuntur, ut پيش ازاين *piŝ ez in*, ante hoc tempus, antehac.

در *der*, in, de, ut درانجا *der ăngia*, in illo loco, ibi, دران روز *der ăn rüz*, in illo die, *ſeu* illo die.

فرو *furü*, *vel* فرود *fürüd*, infra, ſed propriè eſt nomen, ut & ſequentes (immò pleræque præcedentes.)

نزد *nezd*, ſeu conſtructivè *nezdi*, apud, penès, زير *zir ſeu ziri*, ſub, پهلوي *pehlüi*, juxta, à latere, سوي *süi*, ad, verſus, ad partem, ميان *mijăni*, inter, in medio, براي *berăji*, *&* از براي *ez berăi*, بجهت *beğiheti*, بواسطة *be wăſitai*, pro, propter, causâ, mediante, &c. ازجهت *ez ğiheti*, *idem*, propter, ازبهر *ez behri*, *idem*. Iiſque præponi poſſunt aliæ præpoſitiones, ut درميان *der mijăni*, inter, ازبهرايشان *ez behri iŝăn*, propter illos, eorum gratiâ ازفرود *ez fürüd*, ab infra, infernè ازنزد او *ez nezdi o*, ab illo, ut Turcis يانندن *janindan*.

His omnibus præpoſitionibus tam Perſicis quàm Arabicis utuntur ſæpe Turcæ cum ominibus plerumque non ſuis, ſed Arabicis aut Perſicis.

CAPUT TERTIUM.

De Conjunctione.

Conjunctiones copulativæ apud Turcas ſunt و *we*, &, quæ aliàs eſt Arabica, eâ tamen in ſcriptis ferè ſemper utuntur, ſed rariùs in familiari ſermone; pro quâ adhibent aliquando هم *hem*, &, præſertim verò quando geminatur, *v. g.* هم او هم بو *hem o hem bu*, & in ſcriptis هم او وهم بو *hem owe hem bu*, & ille & hic, *ſeu*, *ut nos loquimur*, & hic & ille. Nota enim hic ſemel pro ſemper, quòd in talibus geminatis, ut plurimùm Turcæ, Perſæ, & ipſi Arabes poſtponunt illud, quod nos latinè præponimus, ut in hoc exemplo, & in كيجه كوندز *ğiğe ğündüz*, شب و روز *ŝebü rüz*, ليل و نهار *lejlü nihăr*, noctu diuque, quod nos dicimus, diu noctuque. Et ex hoc rurſus Turcico exemplo obſerva, quod ſæpe quidem talia conjungant ſuppreſsâ ipſâ copulâ ſignificante *&*, ſic ياتر قالقر *jatür kalkar*, jacet & ſurgit, *i. e.* habitat, moratur, انا بابا *ana bava*, Mater, & Pater, & in aliis, &c. Aliàs ده *de*, *&* دخي *dachy*, &, etiam, quoque, ſunt propriè Turcicæ copulativæ, quarum دخي *dachy* quidem in ſcripturis uſitatiſſimum, rariùs autem in fami-

in familiarem ſermonem venit. Sed ده *de* frequentiſſimè, ac ſemper nomini aut verbo poſtponitur, ut اوده كلدي *o da geldy*, & ille venit, ille etiam venit, بنده سنده *bende ſende*, & ego & tu; verbo autem aliquando præponitur in narratione, ſed ita ut videatur annexum præcedenti verbo, cum quo ſubſequens copulatur, ut كلديده چكشمكه باشلدي *geldy da ċekiśmege baślady*, venit *& ſtatim* contendere cœpit. Loco ده *de* tamen ſcribi ferè ſemper ſolet دخي *dachy*. Nomina etiam ſæpe copulantur per præpoſitionem ايله *ile*, cum, loco *&*, ut اناك ايله باباك *anan- ile baban-*, pater tuus & mater tua, *q.* cum matre tua pater tuus. In verbis autem quando eſt copulatio, ſæpe primum verbum ponunt in gerundio *üp* ſine alia conjunctione, ut ياتوب قالقر *jatüp kalkar*, jacet & ſurgit, اوقيوب يزار *okujup iazar*, legit & ſcribit, quod tamen, ut dictum eſt, per utrumque præſens ſine ulla copula bene efferunt, ياتور قالقر *jatür kalkar*, اوقوريزار *okur iazar*, quando ſcilicet nihil intercedit inter utrumque verbum, aliàs redde vel per gerundium وب *üb*, vel per copulativam و *we*. Circa quod و *we* nota, illud à Perſis quoque adhiberi ſed plerumque proferri cum ُ *utrü*, *wü* poſt vocalem aut initio commatis, vel ut *ü* poſt conſonantem, *v. g.* بيكانه وآشنا *bigāne wü āśinā*, notus & ignotus, ſic illud idem legunt Turcæ in libris ſuis eodemque modo id pronuntiant, cùm duo nomina Arabica immediatè inter ſe copulantur, ut اعلام وانها اولنوركه *ylamü inhā olunür ki*, ſignificatur quòd.., ſic جان وجنّ *ǧiānü ǧinn*, anima, & ſpiritus aereus, *ſeu* homines & dæmones; ſed illa copula و *ü* vel *wü* proferenda debet legi breviſſimè & conjunctim cum ſequenti dictione, quaſi eſſet unum compoſitum ex illis duobus nominibus & copulâ, quod etiam intelligendum de nominibus ſubſtantivis in conſtructione Arabica & Perſica, ut & de adiectivis ſubſtantivo poſtpoſitis, *v. g.* صحّت بدن *ſyhhati beden*, ſanitas corporis, loco Turcicæ conſtructionis بدن صحّتي *beden ſyhhaty*, *&* شمشير تيز *śimśiri tiz*, acutus gladius, *pro Turc.* كسكن قلج *keskin kylyǧ, &c.*

Disjunctivæ يا *jā*, & يه *je*, vel, aut, ياخود *jā chod*, aut, aut certè, كركسه *gerekſe*, & كرك *gerek*, استر *iſter*, ſive, يوخسه *jochſe*, aliàs, an verò.

Adverſativæ & conditionales امّا *emmā*, *&* فامّا *feemmā* a. خود *chod*, ايسه *iſe*, & در *dür poſtpoſita*, autem, verò; لكن *lākin* a. ليكن *likin*, *&* ليك *lik* p. tamen, ſed, verùm, الّا *illa*, &, والّا *we illā* a. tamen, *&* alioquì, aliàs, niſi tamen, نهايت *nihājet*, & نهايتي *nihājeti*, tamen, *tuttauia*, *con tutto ciò*, كرچه *gerči*. & كرچهكه *gerčiki*, etſi, licèt, & ده *de*, aut دخي *dachy additum ſecundo Præſenti Subjunctivi*, etiamſi, ut اولسه ده *olſada*, *vel* اولسه دخي *olſa dachy*, etſi eſt, etiamſi ſit, *&* etiamſi eſſet. چون *čiün*, *&* چونكه *čiunki*, quando, quandoquidem; quoniam (quod per Infinitivum Verbi مكن *megin* exprimi ſæpe ſolet) اكر *eger*, كر *ger*, ſi *cum Subjunctivo*, مكر *meger*, niſi forte, niſi. *Pol.* Chybá.

Cauſales كه *ki*, زيرا *zirā*, *&* زيراكه *zirāki*, nam, enim, etenim, quia, كه *ki*, ut, *acciòche*, & *che* (*conſtruitur cum Optativo*) *&* quòd, quia, *cum Indicativo*, *& rariùs cum Optat.* اول سببدن كه *ol ſebebten ki*, انكچونكه *anün-ičiün ki*, ideo quia, propterea quòd, چونكه *čiün ki*, quandoquidem, quoniam.

Ratiocinativæ, *ſeu* illativæ, ايدي امدي *imdy*, پس *pes*, اندن اوترو *andan ötürü*, اول سببدن *ol ſebebten*, انك اچون *anün- ičiün*, اول اجلدن *ol eğilden*, ergo, igitur, idcirco, propterea, itaque, بناءً على ذالك *binā-en âlā zālike*, quibus inſiſtendo, quapropter, عي الخصوص *âlel chuſūs*, præſertim, يعني *jaʿni*, ſcilicet, hoc eſt, &c.

Exceptivæ, اندن غيري *andan ghajri*, اندن ماعدا *andan mā-âdā*, præterquam, præter hoc, abſque hoc, مكر *meger*, niſi forte, الّا *illā*, اكرنه *egerne vel* كرنه *gerne*, niſi.

Expletivæ, & aliæ بله *bile*, etiam, vel, *&* non ſolùm, ſed etiam, *& cum negatione*, nequidem, nedum. تك *tek*, *&* همان تك *hemān tek*, dummodo, *cum Optat. vel Imperativo.*

¶ *Conjunctiones Arabicæ copulativæ* الحروف العاطفة *el hurūful âtyfetü dictæ, ſub quibus & disjunctivæ, adverſativæ, conditionales continentur, ſunt* و *we*, *&* ف *fe præfixum nomini vel Verbo*, ac, dein, atque, adeo, igitur, *&* ثمّ *ſümme*, &, tum, deinde, حتّى *hattā*, uſque etiam, او *ew*, vel, ام *em*, aut, an, امّا *immā*, vel, aut, ſive *cum replica-*

tione,

mendacia diaboli, ac projiciaris in gehennam. وان *we in*, مع ان *me-â in*, quamvis, الكفار يعذبون في النار و ان عملوا بعض اعمال صالحة *el küffārü ju-âzzebūne f'in-nāri we in-âmilū ba-za a-mālin sālyhatin*, Infideles torquebuntur in igne, quamvis fecerint opera quædam bona. لو *lew in ſignificationem Præteriti, etiamſi præponatur Futuro*, لوفعل *lew fe-âle*, ſi feciſſet, لويفعل *lew jef-âle*, ſi faceret, *ut* ان *in*, *in ſignificationem Futuri, etiam quando præmittitur Præterito*, ان يفعل *in jef-âl*, ſi faciet, quando faciet, ان فعل *in fe-âle*, ſi fecent, quando fecerit. *Sic dicendum* لو آمنوا فهم تخلصوا *lew āmenū fe-hüm techallasū*, ſi crediddiſſent, utique ſalvati fuiſſent, *&* ان آمنوا هم تخلصوا *in āmenū hüm techallasū*, ſi crediderint, utique ſalvabuntur, *vel* لويؤمنوا فهم يتخلصوا *lew jüümi-nū fehüm jetechallæsū*, ſi crederent, utique ſalvarentur, *&* ان يؤمنوا فهم يتخلصوا *in jüü-minū fehüm jetechallæsū*, ſi crediderint, utique ipſi ſalvi fienr. *Ubi animadvertendum eſt, duo Verba ad hoc requiri, prius denotans conditionem, poſterius retributionem: ſi prius Verbum ſit Futurum, neceſſario ğezmatur, ita etiam & poſterius, ſi Futurum ſit. Si verò Verbum ſit Præteritum, jam non eſt capax ğezmæ, & propterea poſterius Verbum, ſi Futurum ſit, non erit neceſſariò ğezmandum, ſed ad libitum, ut* ان آمنت اومن *in āmente ümin*. vel *ümine*, *quod innui Cap. 1. part. 4. Porrò* لولا *lewlā*, *&* لوما *lewmā*, niſi, لولا رحمة الله علينا لمتنا في خطايانا *lewlā rahmetüllahi âlejnā lemütnā fi chatājānā*, niſi fuiſſet miſericordia Dei ſuper nos, utique mortui eſſemus in peccatis noſtris, *&* لوما عون الرب لقد هلك *lew-mā âwnür-rebbi lekad heleke*, niſi fuiſſet auxilium Domini, utique periiſſet, *vel forte*, niſi adſit auxilium Domini, actum eſt de illo.

Habes autem cap. 5. part. 4. enumeratas hujuſmodi particulas Futuri ultimam conſonantem ˚ ğezmâ afficientes, quæ ideo vocantur الحروف الجازمة للفعل المضارع *elhurūfül ğiāzimetü lil fi-lil muzāry-ÿ, Literæ ſeu particulæ ğezmantes Verbum Futurum, ſicuti etiam eas quæ ejuſdem Futuri ultimam ˊ fethâ afficiunt, quæ ideo dicuntur* الحروف الناصبة للفعل *el hurūfün nāſybetü lil fi-li, particulæ nasbantes Verbum*, h. e. *dantes Futuri ultimæ terminationem nasbi ſeu Accuſativi, quæ eſt* ˊ *e.*

Diximus præterea cap. 2. hujus partis adverbia Arabum multa referri ad nomina, cætera ad particulas, unde varia ſortiuntur nomina dictæ particulæ.

Et quidem quia præpoſitiones omnes regunt Genitivum vocantur generice حروف الجر *hurūfül ğerri, vel* حروف الخفض *hurūfül chafz, particulæ genitivi, à quibus tamen excipiuntur aliquot, quæ dicuntur* حروف الاستثنا *hurūfül iſtiſnā, particulæ exceptionis, ſeu præpoſitiones exceptivæ, ut ſunt* خلا *chalā*, عدا *âdā, &c.* præter.

Ex conjunctionibus ac adverbiis ſunt انّ *inne*, certè, utique, *& enne*, quòd, لكنّ *lākinne*, كأنّ *keenne*, quaſi, æquè ac ſi, ليت *lejte*, utinam, لعلّ *le-âlle*, forſitan, *quæ dicuntur* الحروف المشبهة بالفعل *elhurūful-müsebbehetü bil fi-li, Particulæ ſimiles verbo, id eſt quia tres vel quatuor literas habent ſicut verba in præterito, tum quia regunt nomina inſtar verborum, ſubjectum locantes in Accuſativo & prædicatum in Nominativo, ut* انّ الانسان كاذبٌ *innel insāne kāzibün*, certè, *vel* utique homo eſt mendax, ابلغني انّ زيداً منهزمٌ *belæghenī enne zejden münhezimün*, pervenit ad me; *ſeu* mihi ſignificatum eſt, quòd Zeidus profligatus eſt, جاءني عمروٌ لكنّ زيداً بعيدٌ *ğiāenī âmrün lākinne zejden be-ïdün*, Venit ad me Amrus, ſed Zeidus longè abſens eſt, كأنّ الانسان فرسٌ *keennel inſāne feresün*, quaſi homo eſſet equus, ليتني قديسٌ *lejtenī kadīsün*, utinam ego ſanctus eſſem, لعلّ زيداً جاي *le-âlle zejden ğiāin*, forſitan Zeidus veniet. *Si quid his particulis addatur, vel* ـّ *te'tīd detrahatur, privantur ſua operatione.*

Particulæ negativæ حروف النفي *hurufün-nefii dictæ, ſunt* لا *lā*, لم *lem*, لمّا *lemmā*, لن *len*, ان *en*, &, *in*, non, *&* ليس *leiſe*, *quod eſt Verbum*, non eſt, non fuit. ما *mā*, *pro Præſenti & pro Præterito*, لا *lā*, *pro Futuro, & rariùs, aut cum replicatione pro Præterito*, non. *Sed* لا *lā prohibitivum* ne, *ğezmat Futurum. Cùm autem eſt negativa univerſalis* لنفي الجنس *linefjil ğins dictæ, ponit nomen indeterminatum in Accuſativo, ut* لا رجل في الدّار *lā reğiüle fid-dāri*, non eſt vir quiſquam in atrio. ان *in*

 من *en*

perativi li, dativi, aut pro, propter, *& le præfixum epitheto, ut* ان محمدٌ لكذّابٌ *in muhammedün le kezzābün*, certè Mahomet eſt mendax, *& præfixum verbo, ut* لينظر *lejanzuru*, aſpicit, *&* ان محمدٌ لضلّ و اضلّ كثيرين *in muhæmmedün le zalle we æzelle keſīrīne*, ſanè Mahomet deceptus eſt, & decepit multos. *Porrò* اليائات *eljāātü*, *Literæ* ي *je, quæ varia obeunt munia, adeoque varia ſortiuntur nomina, ut invenies in Lexico, Literâ* ي

Conjunctiones Perſicæ ſunt و *we*, *& wü*, &, ac, atque, هم *hem*, &, atque, tum, نيز *nīz*, etiam, يا *jā*, aut, vel, ليكن *likin*, ليك *lik*, ſed, verùm, tamen, بلكه *belki*, *&* بل *bel*, ſed, immò verò, اكرچه *egerći*, كرچه *gerći*, با انكه *bā ānki*, etſi, quamvis, هرچند *her ćend*, *&* هرچندكه *her ćend ki*, quantumvis, quanquam, امّا *emmā*, *&* ليكن *likin*, tamen, veruntamen, اكر *eger*, كر *ger*, *&* ار *er*, ſi, وكر *weger &* ور *wer*, & ſi, ورنه *werne*, مكر *meger*, niſi, præterquam, جز *ğiüz*, præter, بجز *beğiüz*, præterquam, بنا برين *benā berīn*, quocirca, itaque, پس *pes*, ,ergo, igitur, itaque, كه *ki*, quia, quòd, ut, زيرا *zīrā*, *&* زيراكه *zīrāki*, quia, nam, ازانجاكه *ez āngiā ki*, ideo quia, eo quòd, چونكه *ćiünki*, quandoquidem, cùm, تاكه *tā ki*, ut, adhoc ut, كه *ki* autem ſæpe redundat tam in Perſicis, quàm in Turcicis.

CAPUT QUARTUM

De Interjectione.

INterjectiones Turcicæ & Perſicæ ſunt

Dolentis اه *ah* t. p. ah, heu, hei.

Timentis & commiſerantis هاى *haj &* هاي هاي *haj haj*, vah, proh!

Ejulantis ايواه *ejwāh*, vah, proh! مدد *meded!* دريغ *dirȳgh*, دريغا *dirȳghā*, حيف *hæif*; حيفا *hæjfā*, پەنەيارق *pöh ne jazük!* يارقلر اولسون *jazükler olſun*, heu, proh dolor!

Comminantis واي *waj*, واي باشكه *waj baśun-e*, واي سكا *waj ſan-a*, اولسون *olſun*, væ, væ tibi.

Admirantis با *ba!* په *pöh*, په نه كوزل *pöh ne güzel!* بارك الله *bārekallāh!* الله اكبر *allāh ekber*, سبحان الله *ſubhānallāh*, هيهاي *hej hāj*, به *be*, الله الله *allāh allāh!* O quàm bellè! Deum immortalem!

Exclamantis & opem implorantis بره *bre*, هي *hej*, هو *hu*, مدد *meded*, مدد الله *mededallāh*, heus, proh Deum!

Negantis با *ba*, non.

Irridentis ما *ma*, الا *ala*, en tibi.

Compeſcentis بهي صقن *behej ſakyn*, كوزكى اچ *gözün-y aċ*, زنهار *zinhār*, cave tibi.

Propellentis homines صوله *ſawula*, viam dato, auffgeſchaut/ auff die Seit/ الارغه اولك *alargha olün*, *ex Italico, alla larga, Idem*: animalia propellentis, هايده *hajde*, *hajda*.

Abigentis & deteſtantis هايده *hajde*, في كدز *figider*, apage.

Silentium imponentis سوس *ſus*, *&* سوسا *ſuſa*, سوس اول *ſus ol*, ſt, ſile.

Adventante Principe ad reverentiam & receſſum commonentis كش *kiś*.

Laudantis & approbantis آفرين *āferīn*, آفرين سكا *āferīn ſan-a*, مرحبا *merhabā*, *&c.* ut in Adverbiis.

Vocantis يا *ja*, اي *ej & i*, هي *hej*, بهى *behej*, بره *bre*, ò, heus.

¶ *Interjectiones Arabibus dicuntur* الاصوات *el-æſwātü*, voces, *ut ſunt* آه *āh*, ſuſpirantis, اخ *ach*, dolentis, اف *ef*, *üf*, *&c.* faſtidientis. *Quoniam verò particulas vocandi adſcribere ſolemus Interjectionibus, de earum hîc constructione nonnihil eſt dicendum. Sunt ergo* يا *ja*, ò, heus, *quæ eſt communiſſima ad omnes vocationes*, ايا *ejā*, هيا *hejā*, o, ò heus! *ad vocandum longè diſſitum, vel mente captum, vel ad excitandum ſomno-*

GRAMMATICÆ TURCICÆ

PARS SEXTA

DE SYNTAXI.

MULTA jam ad Syntaxim pertinentia tradita ſunt paſſim in Etymologia, ut de conſtructione duorum Subſtantivorum in oratione continuatorum, de uſu temporum Verbi, de caſu præpoſitionum: item Adjectivum indeclinatum debere præponi ſuo Subſtantivo, Verbum debere eſſe in fine, &c.

Multa tamen ſuperſunt adhuc exponenda de ordine & modo conſtructionis, præſertim verò Arabicorum & Perſicorum in Turcica locutione adhibitorum; hæc enim non ſequuntur ſemper illas regulas antedictas, ut mox explicabitur, percurrendo omnia, quæ veniunt in uſum.

CAPUT PRIMUM

De modo alloquendi aliquem.

ANte omnia ſciendum eſt, quòd in familiari maximè ſermone ſoleant Turcæ (immò Arabes & Perſæ) ſe invicem alloqui per ſecundam perſonam ſingularem, سن *ſen*, tu, abſque illis titulis, quibus nos tam inſolenter utimur, *v. g. Veſtra Dominatio, Illuſtritas, Magnificentia, Celſitudo, Serenitas, Majeſtas, &c.* Poteſt enim quiſque vel ipſum Imperatorem Turcarum per *tu* compellare.

Attamen uſus jam, ne dicam, abuſus, obtinuit apud illos quoque, ut ſæpe ad majores ſe loquantur per ſecundam perſonam pluralem سز *ſyz*, vos, *ut* ايولرو خوشلرميسز *ejüler we choślermiſyz*, pro ايو خوشميسن *ejü chośmiſyn*, valetiſnè bene, *pro* valeſnè bene? Sic بيورك *bujurün-*, pro بيور *bujür*, imperate, *pro* impera. *Commandate, compiacetevi, ò ſi compiaccia V. S.* نره يه واردكز *nereje wardün-üz*, quò iviſtis, ubi fuiſtis? *pro* واردك *wardün-*, iviſti, fuiſti? لطف ايلك *lutf ejlen-*, facite gratiam, quæſo, *pro* لطف ايله *lutf ejle*, fac gratiam. Non tamen hoc fit neceſſariò, ut apud nos, ſed ad libitum, & vix apud Doctos & inter Aulicos.

Habent nihilominus etiam aliquas tertias perſonas titulares univerſales, *v. g.* جنابكز *ǧenābün-üz*, *q.* Veſtra Dominatio, Celſitudo, Majeſtas, &c. (in rigore pars veſtra, latus veſtrum) quo quidem titulo nonnunquam utuntur etiam in colloquiis ad Majores, aut ad eos, quos honorare volunt, ac perſæpe in Literis; Item حضرتك *hazretün-*, vel حضرتكز *hazretun-üz*, *Idem*, Dominatio, celſitudo, ſanctitas veſtra (propriè præſentia, conſpectus veſter) Hoc tamen non niſi à ſimplicioribus Turcis, aut à Chriſtianis vel Judæis adhiberi audivi. At in ſcriptione, immò & locutione hic titulus in plurali حضرتلري *hazretleri* addi ſolet nomini Dei, Principis viri, quem nominamus, *v. g.* الله حضرتلري *allāh hazretleri* (& rariùs حضرتي *hazreti*) *q.* Deus ejus Majeſtas, *quod nos diceremus* Dominus Deus. Sic پادشاه حضرتلري *pādiśāh hazretleri*, *q.* Rex, Imperator, Sua Majeſtas, *quod diceremus* Sereniſſimus Rex. Pari modo پاشا حضرتلري *pāśā hazretleri*, بك حضرتلري *beg hazretleri*, Celſiſſimus Princeps, Baſsà, &c. *quaſi diceres* ipſius Celſitudo, Dominatio, Illuſtritas, &c. aut quaſi diceres Germanicè, *v. g.* Der Keyſer/ ihre Majeſtätt / pro ihre Keyſerliche Majeſtätt/ quod Poloni planè habent, dicunt enim Krol Jego Mośc/ Rex ejus Majeſtas, *pro* Sua Regia Majeſtas, adeoque hoc illis captu facilius erit, quàm Noſtratibus.

Et hîc ſtatim notes velim, pluralem numerum adhiberi loco ſingularis tanquam nobiliorem ad honorandos eos, de quibus fit ſermo; unde ſi de eximio aliquo viro fuerit ſermo, in relatione plerumque adhibetur numerus pluralis, *e. g.* ſi locutus fueris de Re-

ge, Principe, &c. dices repetendo انلر بوكون قالقديلر *anlar bu gün kalktyler*, hodie diſceſſerunt, *pro* او قالقدى *o kalkty*, ipſe diſceſſit, uti in ſuperioribus exemplis حضرتلري *hazretleri*, eorum Majeſtates, *pro* ejus Majeſtas.

Sic in prima perſona, ſæpe loquuntur etiam Infimi per pluralem numerum, dicendo nos, *pro* ego, بز *biz*, pro بن *ben*, ſæpiùs quàm سز *ſyz*, vos, *pro* سن *ſen*, tu, *aut* انلر *anler*, ipſi, *pro* اول *ol*, vel او *o*, ipſe. Contrà verò Imperator illorum rariùs Plurali utitur, ſed loquitur in Singulari etiam in publicis Literis & Diplomatibus Capitulationum, ubi dicit بن كه *ben ki, &c.* ego, qui,&c. ubi noſtri Principes dicerent, Nos, qui,&c.

Tu verò, quandò alloqueris parem, minorem, aut paulò majorem te, dicas liberè سن *ſen*, tu; ſuperiorem verò ſi alloquaris, rectè dices سز *ſyz*, vos, continuando ſermonem in plurali numero, & parciùs utere جنابكز *genābün-üz*, Dominatio veſtra, &c.

Si verò de te ipſo loquaris, ad libitum dic *vel* بن *ben*, ego, *vel* بز *biz*, nos, *aut*, ſi vís civiliùs & quaſi Aulicè ac doctè loqui, dic بندهك *benden-*, vel بندهكز *benden-üz*, قولكز *kulun-üz*, veſter ſervus, *h. e.* ego, qui ſum veſter ſervus, *vel* ſimilia adhibe دوستكز *doſtün-üz*, خيرخواهكز *chæirchāhün-üz*, دعاجيكز *du-āgin-üz*, amicus, benevolus veſter, *aut*, ut in Literis frequentiſſimum eſt, præfixo بو *bu*, بو دوستكز *bu doſtun-üz*, بو بندهكز *benden-üz*, hic amicus, ſervus veſter, *h.e.* ego. Et certè hi loquendi modi frequentiſſimi ſunt apud Turcas civiliores, unde etiam dicunt بنده خانه *bende chāne*, pro بنم خانهم *benüm chānem*, mea domus, *vel* habitatio, *q.* ſervi domus. *La caſa del voſtro ſervitore.* Religioſi autem & pietatem præ ſe ferentes ſæpe dicunt بوفقير *bu fakyr*, hic pauper, *pro* ego, & اكسكلو *ekſiklü*, defectuoſus, pariter *pro* بن *ben*, ego. In continuatione autem colloquii ad Superiores, repete ſæpiùs سلطانم *ſultānum* (aut Synonyma) *quaſi dicas*, mi Princeps, mi Domine, *uti dicunt Galli*, Monſieur, Mon maiſtre,&c.

Utuntur porrò aliquando ad Supremos, Principes, Reges, tertiâ perſonâ ad modum Germanorum in der Herr / *v.g.* سلطانه معلومدر *ſultānüme ma-lūmdür.* Notum eſt Dominationi veſtræ. Es iſt meinem Herren wol bewuſt. Sic پادشاهم صاغ اولسون *pādiſāhüm ſagh olsün.* Sit Majeſtas veſtra ſana, *quaſi* Rex meus ſit ſanus, vivat. پاشام صاغ اولسون *paſām ſagh olsün.* Sit meus Baſsà ſanus, &c. & hæc ferè omnia valent etiam in Arabicis & Perſicis.

Quibus præmiſſis agamus de ordine conſtructionis.

CAPUT SECUNDUM

De ordine conſtructionis.

Hungari in conſtructione multa habent communia cum Turcis; Germani etiam multa, *v.g.* Verbum debet eſſe ſemper regulariter in fine, ut apud Germanos plerumque, ita ut aliquando periodus protrahatur ad integram paginam & ultra, nec inveniatur niſi in fine Verbum perſonale, à quo cætera antecedentia dependent, ut ſunt Gerundia in وب *üp*, نجك *igek*, مكين *megin*, & expreſſa per præpoſitiones, ut مكله *megile*, دكدن صكره *dükten ſon-ra*, دوكى لجلدن *dügi egilden*, & ſimilia.

In familiari tamen ſermone, *& pec.* in verſu, accidit interdum, ut poſtponamus caſum verbi, præſertim determinatum, ut اوردم اصلجغى *urdum aſylāgiaghy*, percuſſi eum nequam, وير بكا *wir ban-a*, da mihi. وار ال كتور اول اتابي *wur al getür ol kitābi*, vade, accipe & adfer illum librum; quanquam & regulariter poſſit dici, immò fortaſſe meliùs dicatur وار اول كتابي كتور *war ol kitābi getür.* Item quemadmodum apud Germanos præponitur Genitivus Subſtantivi alteri Subſtantivo, à quo regitur, ſic & apud Turcas, immò illi aliquando, ut Turcæ ſemper, addunt poſſeſſivum ſein / ut deß Herren ſein Diener/ اغانك قولي *aghanun- kuly*, vel خدمتكاري *chydmetkāri*; ut & Adjectivorum cum Subſtantivis apud utroſque eadem videtur in eo conſtructio, quòd illud ſemper & regulariter præponatur, ut بركوزل آدم *bir güzel ādem* (non ادم كوزل *ādem güzel*). Ein ſchöner Mann (non ein Mann ſchöner) Præpoſitiones nomini poſtponuntur, ut in Hungaricis, ideoque poſtpoſitiones potiùs vocandas eſſe ſuperiùs dixi, *e.g.* اتدن *etten*, à carne, *ab* ات *et*, caro, & poſtpoſitione دن *den*, a, ab, *Hung.* Húſtól, *à carne*, *ab* hús, *caro*, & poſtpoſitione tól, *à*, *ab*. Sed hæc in purè Turcicis.

Cæte-

Cæterùm in ordine conſtructionis, Nominativus Verbi, ut plurimùm, primum locum obtinet, niſi adſit aliqua particula, conjunctio, adverbium aut interrogativum, quæ in omnibus Linguis ferè ſemper ponuntur ab initio, ut ſunt اكر *eger*, ſi, قچان *kacian*, quando, زيرا *zīrā*, nam, چونكه *ciünki*, cùm, quandoquidem, &c. Unde ſi caſus Verbi ſit interrogativus, præponitur Nominativo, ut قنغيسنى اغا اولدردي *kanghyſini agha öldürdy*? Quem eorum occidit Dominus? Alibi etiam eundem præponi reperies, *pec.* in relatione, ut ويريلان برات عاليشانك صورتنى اشبو دارندهٔ حروف فلان بدون ديوانه كتورمش ايدي *wirilen berātī ālīšānun ṡüretini išbu dārendeī huruf fülān büdün diwānine getürmiš idy.* Conceſſi Diplomatis, *ſeu* Privilegii Regii copiam Lator præſentium N. ad Curiam Budenſem attulerat. Si caſus Verbi ſit Dativus, poteſt etiam præcedere Nominativum, ut سكا كيم ديويرمش *ſan-a kim dijüwirmiš*? Tibi quis dixit? Si Verbum duos caſus regat, Dativus meliùs præponitur Accuſativo, *ſeu* alteri caſui Verbi, ut اغا بكا بر ايوجه ات باغشلادي *agha ban-a bir ejüğe at baghyšlady.* Dominus mihi donavit bonum equum. Adverbia, ſi adſint, immediatè ante Verbum plerumque ponuntur; præpoſitiones autem & alia adjuncta poſt Nominativum Verbi, *aut rariùs* poſt caſûs Verbi aut Adverbium, immò etiam ab initio propoſitionis, ante ipſum Nominativum aut alibi juxta exigentiam ſenſûs, euphoniam, & uſum linguæ.

Atque inter alia ſint hæ regulæ generales 1. Regens debet ſemper poſtponi ſuo recto, ſeu caſui quem regit, ideoque Verbum, quòd omnia regere videatur, ultimum orationis locum obtinet. 2. Subſtantivum Adjectivo ſuo poſtponitur, ut & alteri Subſtantivo quod regit in genitivo, ut ubique advertes in exemplis allatis & adferendis. Sed horum ferè omnium contrarium evenit in lingua Arabica, ut paulò inferiùs explicabitur.

Quòd ſi interrogatoria fuerit locutio, nota primò, quòd ſi non adſit ullum nomen, pronomen aut particula interrogativa, debet neceſſario apponi مى *mi*, nè, an? Dico apponi ſeu affigi, aut nomini, ſi illud afficit, ut اغامي كتدي يوخسه قولي *aghami gitty iochſe kulmi*? Dominuſnè abiit, an ſervus? aut verbo, ſi magis illud ſpectet, ut اغا كتديمي *agha gittymi*: abiitnè Dominus? *Gall.* Monſieur s'en eſt il allé, ou eſt il parti? In altero autem exemplo deberet dicere: eſt-ce Monſieur, *vel* eſt-ce un Maiſtre qui eſt parti, ou bien un valet? quod etiam Turcicè ſic reddi optimè poteſt اغامي دركيدن يوخسه قولي *aghamidür giden iochſe kulmi, q.* Eſtne Dominus, qui abiit, an ſervus? Nota ſecundo, quòd, in perſonis verbi, quæ habent affixum Verbum auxiliare Subſtantivum, illud مى *mi* debet interſeri inter utrumque ſeu affigi immediatè illi Participio verbi primarii, *v.g.* كيدرمى *gidermi*, ibitnè? كيدرميسن *gidermiſyn*, ibiſnè? كيدرميم *gidermiim*, ibonè? كيدرميز *gidermiyz*, ibimuſnè? كيدرميسز *gidermiſyz*, ibitiſnè? كيدرلرمى *giderlermi*, ibuntnè? Sic كيتسونمى *gitsünmi*, eatnè? كيده لمى *gidelümmi*, eamuſnè? *pro* ibimuſnè? كيدرمي ايدي *gidermi idy*, ibatnè? &c. Si autem adſit particula aut nomen interrogativum, tunc non adhibetur مى *mi*, ut قنده كتدي *kanda gitty*, quò ivit? قچان كتدي *kacian gitty*, quando abiit? قنغيسي كتدي *kanghyſy gitty*, quinam eorum, vel uter abiit? Quod ſi addatur differentia, redit مي *mi*, *v.g.* قنغيسي كتدي اغا مي قولي *kanghyſi gitty aghami kulmi*? uter abiit, Dominuſnè, an ſervus? & ſic de aliis.

Quòd ſi tu interrogeris, reſpondebis affirmativè per اوِد *ewwed*, *ewed*, *ewet*, بلى *beli*, بس *bes*, اويله در *öjledür*, ita, etiam, ita eſt, *ja / ſi*, ouy, *ále / tát jeſt / & ſimilia*, & negativè per دكل *degul* (quod *deil* ferè pronuntiant) يوق *jok*, *vel* civiliùs خير *chair*, non. Vel tutiùs reſpondebis, ut ipſi frequentiſſimè faciunt, repetendo verbum, quod ſæpe fit in Latinis & Polonicis, *e.g.* واردكمى *wardün-mi*, iviſtine? *Reſp.* واردم *wardüm*, ivi, وارمدم *warmadum*, non ivi. Sic كوردكمي *gördün-mi*, vidiſtine? كوردم *gördum*, vidi, كورمدم *görmedüm*, non vidi, abſque relativa repetitione antecedentis, nihil enim ſuperflui ſolent adſcribere, quod abſque hoc intelligi poſſit, ſecus apud Germanos, Italos, Gallos, ubi deberet dici. Ich bin dahin gegangen / vel ich bin dort geweſen & ich habs geſehen. *Vi ſono andato, vi ſono ſtato, & l'hò veduto.* I'y ſuis allè, i'y ay eſté, ie l'ay veu.

¶ *In Arabicis ordo conſtructionis eſt paulò difficilior diverſuſque à Turcico, ut dixi: præponi enim ſolet regens recto, uti verbum præponitur ſuo Agenti, ſeu, quem regit, Nominativo, ſic dicitur* قام زيدٌ *kāme zejdün*, ſurrexit Zeidus, *nam ſi dicatur* زيدٌ قام *zejdün kāmi*, *tunc* زيدٌ *zeidün non dicitur regi à verbo, ſeu eſſe Nominativus verbi, ſed dicitur* مبتداءٌ

مبتدأٌ *mübtedāün*, *q. inchoatum*, i.e. *baſis totius orationis, ſeu ſubjectum enuntiationis, cujus prædicatum dicitur reliqua pars enuntiationis, quæ vocatur* خبرٌ *chæberün*, prædicatio, enuntiatio, ſeu prædicatum, enuntiatum. *Nominativum autem verbi ſeu agens ejus in propoſito exemplo dicunt Arabes eſſe ſubintellectum, ſeu* مضمرٌ *muzmerün*, pronominale, قام *kāme*, *quaſi eſſet*, زيدٌ قام هو *zejdün kāme hüwe*, Zeidus, ſurrexit ipſe.

Nomen pariter ſubſtantivum regens alterum in genitivo, quod Arabibus dicitur مضافٌ *muzāfün*, annexum, (*prout, quod in Genitivo regitur, dicitur* مضافٌ اليه *muzāfün ilejhi*, cui annexum eſt) *præponi neceſſariò debet, ut* غلام زيدٍ *ghulāmü zejdin*, ſervus Zeidi.

Sic Adjectivum poſtponitur ſuo Subſtantivo, ut كتابٌ عظيمٌ *kitābün ăzȳmün*, liber magnus, *libro grande*, الكتاب العظيم *el kitābül æzȳmü*, liber magnus, *il libro grande. Unde ſi Annexum ſeu Subſtantivum regens alterum in genitivo, habeat ſecum concordans Adjectivum, quia annexum ſeparari non debet ab eo cui annectitur, ſeu ab illo genitivo quem regit, ideo utrique poſtponitur Adjectivum. ut* رأيت ملاك الله العزيز *reejtü melākallāhil-ăzīze*, vidi angelum Dei fortem; *& ſi vitanda ſit amphibologia, dici poterit* رأيت ملاك الله الملاك العزيز *reejtu melākallāhil-melākel-ăzīze*, vidi Angelum Dei, angelum fortem, *ne nimirum putetur eſſe*, رأيت ملاك الله العزيز *reejtü melākallāhil ăzīzi*, vidi Angelum Dei fortis, glorioſi, &c.

Ordo igitur hic erit conſtructionis, primò, ſi adſit, Mubtedaum ſeu ſubjectum orationis independens ab alio, deinde prædicatum, aut, ſi abſit Mubtedaum, primò erit Verbum, deinde agens ſeu Nominativus verbi, tum caſus ſeu patiens ejuſdem &c. deinde Adverbia ſeu adjuncta nomina quaſi adverbialiter in accuſativo poſita modum actionis aut etiam eſſentiam rei explicantia, & præpoſitiones cum ſuis caſibus, &c. quæ meliùs uſus & lectio librorum tibi patefacient.

In interrogatione ſæpe præmittitur particula ا *e*, num, an, ne? *ut* ازيدٌ عندك *e zejdün ỹnd ke*, eſtne Zeidus apud te? *De reliquo ut in aliis linguis.*

Liberior in Perſicis eſt ordo conſtructionis ad Turcicum in multis accedens, at in conſtructione duorum ſubſtantivorum, & adjectivi cum ſubſtantivo cum Arabico conveniens. Adjectivum enim ſemper poſtponitur ſuo ſubſtantivo, & annexum præponitur ei cui annectitur, *h.e.* ſubſtantivum regens alterum in Genitivo huic præponitur, ut in Arabicis, ut روي خوب *rūï chūb*, وجهٌ حسنٌ *weġhün hæſenün*, كوزل يوز *güzel jüz*, pulchra facies, روي ماه *rūï māh*, وجه القمر *weġhül-kæmeri*, آيك يوزي *ājün-jüzī*, facies lunæ. Quòd ſi eadem inverſo modo invenias خوب روي *chūb rūj*, & ماه روي *māh rūj*, ſcias eſſe compoſita & inſtar unius vocis proferenda, aliamque ſignificationem inferre, nimirum خوب روي *chūb rūj*, *Turc.* كوزل يوزلو *güzel jüzlü*, Lat. pulchræ faciei, aut pulcher facie, faciem pulchram habens, ماه روي *māh rūj*, *Turc.* آي يوزلو *āj jüzlü*, faciem habens lunæ, ſeu inſtar lunæ formoſam, &c.

Atque innumera hujuſmodi fiunt compoſita tam Perſica quàm etiam Arabica, quibus refertos vel ipſorum Turcicorum Scriptorum comperies libros.

Unde, antequam ad magis ſpeciales regulas ſyntaxeos veniamus, agendum videtur ſeriò de iis, quæ ex Arabica & Perſica lingua veniunt in uſum in lingua Turcica.

Ex Perſicis & Arabicis omnia nomina tam ſimplicia, quàm compoſita, unde & participia ac adverbia adhiberi poſſunt in Turcica præſertim ſcriptione, *v.g.* pro طوشان *tawšan*, Lepus, invenies paſſim in libris Turcicis Arabicum ارنب *erneb*, lepus, & Perſicum خركوش *chærgūš*, lepus. Et ſic de omnibus fermè aliis, demptâ in Arabicis nunnatione aut vocali ultimæ conſonantis, niſi adſit annexio, ſeu duorum ſubſtantivorum copulatio, de qua inferiùs.

Præterea præpoſitiones ferè omnes ſive ſeparatæ ſive inſeparabiles, & nonnulla pronomina, adverbia, conjunctiones, & interjectiones utriuſque linguæ veniunt pariter in uſum linguæ Turcicæ.

Item

Item Pluralia nominum utriuſque linguæ ſæpe adhibentur, licet ſæpe turcizata more Turcicorum nominum inflectantur.

Porrò Infinitivi, ſeu Nomina verbalia actionis, loci, temporis, inſtrumenti, vicis. &c. Arabica, Participia, aliaque derivativa nomina variarum formarum, ut in etymologia habuiſti.

Potiſſimùm autem Infinitivorum Arabicorum uſus eſt frequentiſſimus, non ſolum in Turcica ſed & in Perſica lingua. Illis enim addunt ſæpiſſimè auxiliare ſuum ad ſignificandum id, quod per ſe apud Arabes ſignificat ille Infinitivus, *e. g.* تسليم ايتمك *teslīm etmek* tradere, reddere, *quaſi* facere redditionem, & in Paſſivo تسليم اولنمق *teslīm olunmak*, *& rariùs* تسليم اولمق *teslīm olmak*, reddi, tradi. استماع ايتمك *iſtimā˞ etmek*, audire, استماع اولنمق *iſtimā˞ olunmak*. audiri. Huic ايتمك *etmek* ſynonyma auxiliaria ſunt, ut antea dictum eſt, ايلمك *ejlemek*, قلمق *kylmak*, facere, *&* بيورمق *bujurmak*, *idem*, gratiosè facere, dignari, ut تنزّل ايتمك ايلمك بيورمق *tenezzül etmek*, *ejlemek*, *bujürmak*, condeſcendere, تنزّل اولنمق بيورلمق *tenezzül olunmak*, *vel bujurylmak*, condeſcendi *imperſonaliter*. Si tamen hujuſmodi auxiliare ponatur poſt participium, quod rariùs evenit, tunc pro Paſſivo habet اولمق *olmak*, ut حاصل اتمك *hāſyl etmek*, *pro quo uſit.* تحصيل *tahsȳl e.* acquirere, comparare, حاصل اولمق *hāſyl olmak*, acquiri, provenire. Quod ſi Infinitivus regat aut habeat annexum caſum alterius Subſtantivi, remittitur auxiliare ad finem, *v. g.* تسليم جان اتمك *teslimi giān etmek*, *pro* جان تسليم اتمك *giān teslīm etmek*, animam tradere, mori, quod utroque modo paſſim uſurpatur, idemque fit in Perſicis, dici enim poteſt تسليم جان كردن *teslīmi giān kerden*, *&* جان تسليم كردن *giān* (*vel* جانرا *giānra*) *teslīm kerden*, *idem*, animam tradere, mori.

Præpoſitiones verò Arabicæ & Perſicæ præponuntur nominibus Arabicis aliiſque, ut apud ipſos Arabes & Perſas, ſecus de Turcicis.

Ex Perſicis denique Verbis Infinitivus rariùs adhibetur à Turcis, niſi nominaliter, pro quo ſæpiùs venit derivativum actionis in ش *iš*. Sæpe autem adhibentur Participia tam Activa integra in ان *ān* & in نده *ende*, & compoſitiva illa ſimilia Imperativo, quàm Paſſiva, *ſeu* Præteriti temporis, quæ fiunt ab Infinitivo, mutato ن *nun* finali in ه legendum *e*. Circa quæ omnia *Vide Cap. 6. Part. 4.*

Jam verò veniamus ad conſtructionem ſingularum partium & omnium ſimul.

CAPUT TERTIUM

De concordantia nominis cum nomine.

NOmen Adjectivum in Turcicis ſemper præponitur ſuo Subſtantivo immotum & indeclinatum, ut كوزل آدم *güzel ādem*, pulcher homo, كوزل آدمه *güzel ādeme*, pulchro homini, كوزل آدملرك *güzel ademlerün*, pulchrorum hominum, planè ut in Hungaricis. Et de hoc ſatis jam dictum eſt in *Parte ſecunda*, *Cap.* 4.

In Perſicis autem Adjectivum poſtponitur ſuo Subſtantivo, quod ei annectitur annexione prolativâ, quam Arabes vocant اضافهٔ لفظيّة *yzāfetün lafzȳjetün*, ſed in quocunque caſu ſit nomen annexum, nempe Subſtantivum, kieſrant tantùm ultimam ejus conſonantem, ut بر *ber*, fructus, برِ شيرين *berĭ šīrīn*, & hic, ut vides, nihil adſcribitur; ſed in Nominibus in vocales deſinentibus *ſive* per ا *elif*, و *waw*, ي *je* expreſſas, *ſive* per otioſum ه *he* finale indicatas, adſcribitur etiam realiter ي *ī*, vel ء *i*; ي nempe terminatis literâ quieſcente ا *elif*, vel و *waw*; ء autem nominibus in ي *ī*, vel ه *e* deſinentibus, ut پارسا *pārsā*, religioſus, پارساي آكاه *pārsāĭ āgāh*, religioſus vigilans, gnarus, ايلچي *ilči*, Legatus, ايلچيء بزرك *ilčiĭ büzürk*, Legatus magnus. تيهو *tīhū*, perdix, تيهوي رفتار *tīhūĭ reftār*, perdix egregiè incedens, ميوه *mīwe*, fructus, ميوهء شيرين *mīweĭ šīrīn*, fructus dulcis, جامه *giāme*, veſtis, جامهء ناپاك *giāmeĭ nāpāk*, veſtis ſordida. Utrique igitur poſtponitur in declinatione particula caſus determinativa, ut ايلچيء بزركرا كفت *ilčiĭ büzürkiā guft*, Legato magno dixit. آن ميوهء شيرينرا بخورد *ān mīweĭ šīrīnrā büchord*, illum fructum dulcem decomedit. Sed Plurali Subſtantivo ut plurimùm affigitur characteriſtica Pluralis, manente Adjectivo in Singulari, ut

ميوه هاي ميوهاي شيرين *mīwehāi ſīrīn*, fructûs dulces. Sic in declinatione دوستان قديم را كفتم *doſtāni kædimrā guſtem*, amicis antiquis dixi.

¶ *In Arabicis Adjectivum ſemper poſtponitur ſuo ſubſtantivo, cum quo concordare debet genere, numero, caſu & determinatione vel indeterminatione*, id eſt *præfixione articuli, vel carentiâ ejus, ut* كتابٌ عظيمٌ *kitābün âzȳmün*, liber magnus, *libro grande, ò un libro grande*, الكتاب العظيم *el kitābül âzȳmu*, liber magnus, *il libro grande. Nomina tamen propria quæ in ſingulari non ſuſcipiunt articulum, ut & pronomine perſonali affecta, ſeu Poſſeſſiva cenſentur ex ſe determinata, unde Adjectivum ſequens debet habere articulum, ut* ابراهيم الامين *ibrāhīmul-emīnü*, Abrahamus fidelis, *Abrahamo il fedele*, ابي المكرّم ارسل اليّ هذه الرّسالة *ebīl-mükerremü erſele ilejje hāzihir-risālete*, Pater meus reverendus miſit ad me hanc epiſtolam. *Quòd ſi invenius poſt Subſtantivum articulo affectum ſeu determinatum Adjectivum articulo carens adeoque indeterminatum, judica illud non poni adjectivè, ſed eſſe prædicatum ſubjecti cum copula, ut* الرّجل عالمٌ *erreḡiülü ālimün, non ſignificat ſimpliciter* vir doctus, *ſed* vir eſt doctus, *ut è contra* الرّجل العالم *erreḡiulül ālimü, ſignificat* vir doctus, *l'huomo dotto, nec poteſt ſignificare* vir eſt doctus. *Sciendum autem quòd quando Subſtantivum eſt nomen Plurale, præſertim non rationale ſive Maſculinum ſive Fœmininum, tunc uſurpatur Adjectivum in fœminino ſingulari, ut* افراسٌ سوداء *efrāsün sūdāü*, equi nigri, الحجار الكبيرة *el hyḡiārül kebīretü*, lapides magni, *q.* lapides magna, *& ex corano* جنّاتٌ تجري من تحتها الانهار *ḡennātün teḡrī min tæhtihel enhārü*, horti, ſub quibus currunt fluvii, *ubi Singularia fœminina* تجري *teḡrī*, & ها *hā*, *conſtruuntur cum* جنّاتٌ *ḡennātün*, & انهارٌ *enhārün Pluralibus non rationalibus. Scias demum quòd Subſtantivum appellativum cum adjuncto Adjectivo nomen proprium conſtituens articulum abjicit, ut* بيت المقدّس *bejtül mukæddeſi*, domus ſanctificata, *i.e.* Hieroſolyma, باب الصّغير *bābüſ-ſaghȳrü*, Porta parva, *Nomen portæ Damaſcenæ. Nota porrò modum loquendi Arabicum* زيدٌ العالم اخوه *zejdül ālimü æchūhu*, Zeidus doctus frater ejus, *pro* Zeidus *ille*, cujus frater eſt doctus; *cujus conſtructio ſeu concordantia differt à ſuperiore, quia illud concordat in omnibus cum ſuo Subſtantivo præter Plurale non rationale, ut dictum eſt, hoc verò non concordat cum ſequente ſuo Subſtantivo proprio niſi in genere & numero, debet autem concordare cum præcedente ſubſtantivo quantumvis non ſuo in caſu & determinatione Articulari. Et poſterius ſubſtantivum ſe habet tanquam agens reſpectu Adjectivi, in quo ſubintelligitur Verbum. Et quia, ut infra dicetur, dum agens ſequitur Verbum, hoc elegantiùs in ſingulari adhibetur, quamvis agens ſequens ſit Duale vel Plurale, ita hîc Adjectivum requiritur regulariter ſingulare, quamvis ſubſtantivum ejus ſit Duale vel Plurale. Poteſt tamen, cum Plurale eſt Subſtantivum, Plurale etiam eſſe Adjectivum præcedens, ſed Plurale fractum, non verò ſanum. Quæ faciliùs ſubjectis exemplis percipies.* زيدٌ الجيلة زوجته *zejdül, vel abſolutè zejdün, el ḡemīletü zewḡetühu.* Zeidus pulchra uxor ejus, *i.e.* Zeidus, cujus uxor pulchra, *ſeu* habens uxorem pulchram زيدٍ الجيلة زوجته *zejdin, el ḡemīleti zewḡetühu.* Zeidi pulchræ uxor ejus, *i.e.* Zeidi habentis pulchram uxorem, زيداً الجيلة زوجته *zejden, el ḡemīlete zewḡetühu*, Zeidum pulchram uxor ejus, *pro* Zeidum cujus uxor pulchra. *Sic* رجلٌ جميلةٌ امراته *reḡiülün ḡemīletün imrātühu, vel ḡemīletü-mrātühu*, vir quidam, cujus pulchra uxor, *ſic in Duali* الزّيدان الجيلة امراتاهما *ezzejdāni ḡemīletü-mrātāhümā*, duo Zeidi, quorum amborum pulchræ uxores, الزّيدين الجيلة امراتاهما *ezzejdejnil-ḡemīleti-mrātāhümā*, duorum Zeidorum, quorum amborum pulchræ uxores. الزّيدين الجيلة امراتاهما *ezzejdeinil-ḡemīlete-mrātāhümā*, duos Zeidos quorum uxores pulchræ. *In Plurali* الزّيدون الجيلة نساؤهم *ezzejdūnel-ḡemīletü nisāühüm*, Zeidi plures, quorum pulchræ uxores, الزّيدين الجيلة نساؤهم *ezzejdejnil ḡemīleti nisāühüm*, Zeidorum, quorum pulchræ uxores, الزّيدين جميلة نساؤهم *ezzejdejnil-ḡemīlete nisāühum*, Zeidos, quorum pulchræ uxores. *Dicique etiam poteſt* الزّيدون الجال نساؤهم *ezzejdūnel ḡimālü nisāühüm*, Zeidi quorum pulchræ uxores, *cum Plurali* fracto, *ut & ſine articulo* رجالاً جمالاً نساؤهم *riḡiālen ḡimālen nisāühüm*, viros, quorum pulchræ

Digitized by Google

pulchræ uxores, *& id totum eſt quaſi loco adjectivi reſpectu primi ſubſtantivi, ut* الزّيدون جميلةٌ نساؤهم *ezzejdūne ğemīletün nisāühüm*, Zeidi, pulchræ ſunt uxores eorum, *eſt inſtar prædicati reſpectu ſubſtantivi ſequentis. Porrò idem intelligendum de ſubſtantivo fœminino, ut* امراةٌ عالمٌ زوجها *imrātun ālimün zewğiühā*, mulier quædam, cujus vir doctus, امرانان عالمٌ زوجاهما *imrātāni ālimün zewğiāhümā*, duæ quædam mulieres, quarum viri docti, *vel* cum articulo, الامرانين العالم زوجاهما *el imratejnil- ālimi zewğiāhumā*, duarum mulierum, quarum viri docti, *& in Pl.* النساءالعالم ازواجهنّ *en-nisāül- ālimü ezwāğiübünne*, plures mulieres, quarum viri docti, *vel* النساء العلماء ازواجهنّ *ennisāül- ülemāü ezwağiuhünne*, *Idem.*

Quotieſcumque autem ejuſmodi Adjectivum fuerit Participium Paſſivum vel Adjectivum qualificans, quod eſt Participium Verbi Intranſitivi & dicitur صفةٌ مشبّهة *ſyfetün müšebbehetün*, Adjectivum aſſimilatum, *tunc licebit conſtruere illud, ut mox dictum eſt: licebit etiam & annectere ipſum Adjectivum ſuo ſequenti ſubjecto in genitivo, ut* هندٌ العالمة الزّوج *hindun, vel hindül- ālimetüz zewği*, Hinda docta viro, cujus vir doctus, *ſic* امراةٌ عالمة الزّوج *imrātun ālimetüz- zewği*, mulier quædam docta viro. امراةٌ جميلة الوجه *imrātün ğemīletül weğhi*, mulier pulchra faciei, *ſeu* quæ pulchram habet faciem, *aut* facie pulchra eſt, *ſic* رجلٌ جميل الزّوجة *reğiülün ğemīlüz-zewğeti*, pulcher uxore, cujus uxor pulchra. رجلٌ مضروب الاب *reğiülun mæzrūbülebi*, vir quidam percuſſus patre, cujus pater percuſſus, زيدٌ المضروب الاب *zejdul-mæzrūbül-ebi*, Zeidus percuſſus patre; *quod etiam licet dicere* زيدٌ المضروب اباً *zejdül-mæzrūbü eben*, Zeidus percuſſus patre, cujus pater percuſſus. *Et ita dicere licebit triplici modo*, v. g. حبشيٌّ ابيض اسنانه *hæbešijün*, vel *hæbšijün ebjæzu eſnānühu*, Æthiops, cujus albi dentes, *vel* حبشيٌّ ابيض الاسنان *hæbšijün ebjæzul-eſnāni*, *q.* albus dentium, *&* حبشيٌّ ابيض سنّاً *hæbšijün ebjæzu ſinnen*, *q.* albus dentes, *vel* dentibus; *& cum articulo* الحبشيّ الابيض اسنانه *el hæbšijül-ebjæzu eſnānühu*, Æthiops ille, cujus dentes albi, *vel* الحبشيّ الابيض الاسنان *el hæbšijül-ebjæzül-eſnāni*, albus dentium, الحبشيّ الابيض سنّاً *el hæbšijül-ebjæzü ſinnen*, albus dentes. Sic *Participium Paſſivum* حبشيٌّ مضروبٌ صلبه *hæbšijün mæzrūbün ſulbühu*, Æthiops, cujus dorſum percuſſum, مضروب الصلب *mæzrūbuſ-ſulbi*, مضروبٌ صلباً *mæzrūbün ſulben*, *& cum articulo ſimiliter* الحبشيّ المضروب صلباً *el hæbšijul mæzrūbu ſulben*, vel المضروب صلبه *ül mæzrūbu ſulbuhu*, & المضروب الصلب *ül mæzrūbuſ-ſulbi*, Æthiops ille percuſſus dorſo, *vel* cujus dorſum percuſſum. Hæc ex Guadagn.

Turcæ igitur, uti utuntur ſæpe Adjectivis tam Arabicis, quàm Perſicis, ita ea præponere ſuo modo poſſunt Subſtantivis, ut بر عظيم كتاب *bir āzȳm kitāb*, magnus liber, برعظيم كتابك *bir āzȳm kitābün-*, magni libri, عظيم كتابدن *āzȳm kitābten*, ex magno libro, عظيم كتابلر *āzȳm kitāblar*, magni libri, &c. Ea tamen ſæpe poſtponunt cum annexione illa perpetua prolatitia ِ, vel, ي vel ء *i*, modo, quo in Perſicis dixi, *ut* بركتاب عظيم *bir kitābi āzȳm*, liber magnus, بركتاب عظيمده *bir kitābi āzȳmde*, in quodam libro magno. Sic in Plurali حجار كبيرتك يغني *hyğiārī kebīretün- jyghyny*, acervus lapidum magnorum. Sic اوصاف جميله *ewsāfi ğemīle*, prædicata egregia, qualitates pulchræ. Si autem fuerit ex ultimo ordine Adjectivum articulo determinatum Subſtantivo articulum non habenti adjunctum, tunc illud ſic manet in Turcicis, in quocunque caſu ponatur, ut بيت المقدّسه واردي *beitül mukaddeſe wardy*, ivit Hieroſolymam. Talia enim cenſentur compoſita, etiam reali annexione annexa, & ſic, ut accipiuntur in Nominativo, ita adhibentur à Turcis in quocunque caſu, *v. g.* عبد الله *ābdüllāhi*, ſervus Dei, *& Nom. prop.* & in Plurali عباد الله *ÿbādüllāhi*, ſervi Dei; quæ Turcæ, ut dictum eſt, adhibent demptâ ſemper ultimâ vocali, *ābdüllah & ÿbādullāh*. Dicent ergo, *e. g.* عبداللهي كوردم *ābdüllahi* (non *ābdellahi*) *gordüm*, vidi ſervum Dei. Sic عباداللهه مرحمتلو *ÿbādullahe merhæmetlü*, ſervis Dei, *ſeu* in ſervos Dei, *vel* ſubditos miſericors, clemens.

Perſica porrò Adjectiva ſimiliter aut ſuo modo præponunt, ut خوب عورت *chūb āwret*,

ret, aut poſtponunt more Perſico زن خوب *zenī chūb*, pulchra mulier. Sic دوستان قديه ديدم *doſtānī kadīme didüm*, amicis antiquis dixi. Nota tamen, non poſſe tali. Adjectiva Arabica aut Perſica poſtponi Subſtantivis Turcicis, ſed hæc debere eſſe aut Perſica aut Arabica ad libitum, *ut* non poteſt dici يمش شيرين *jemiši šīrīn*, ſed bene شيرين يمش *šīrīn jemiš*, dulcis fructus; ſed ad hoc ut illud شيرين *šīrīn* poſtponere poſſis, opus eſt Subſtantivo aut Arabico aut Perſico ad libitum. Sic ergo dicendum eſſet cum Arabico ثمرشيرين *ſemerī šīrīn*, vel ثمرة شيرين *ſemeretī šīrīn*, ſeu ثمرهٔ شيرين *ſemereī šīrīn*, aut cum Perſico برشيرين *berī šīrīn*, vel ميوهٔ شيرين *mejwe*, vel *mīweī šīrīn*, fructus dulcis. Sic non poteſt Turcicè dici قلج تيز *kylyğī tīz*, ſed *tīz kylyğ*, at optimè cum Perſico شمشير تيز *šimšīrī tīz*, vel cum Arabico سيف تيز *ſejfī tīz*, acutus gladius. Quod intelligendum etiam de Annexione Subſtantivi cum Subſtantivo, de qua infrà.

Participia, Pronomina & numeralia conſtruuntur more Adjectivorum in Turcicis, *h. e.* præponuntur ſuo Subſtantivo. Sed in Perſicis, immò & in Arabicis Pronomina ſeparata demonſtrativa præponuntur Subſtantivo, ut ازاين جانب *ez īn ğiānib*, ex hac parte, من هذا الجانب *min hāzel ğiānibi*, *Idem*, ex hac parte.

Denique, ſi utrumque nomen Subſtantivum & Adjectivum ſit Arabicum, concordabunt etiam in genere, diceſque, *v. g.* مدينة منوره *medinetī münewwere*, aut, quia infrà dicendum eſt Arabica nomina fœminina in ة deſinentia verti à Turcis, *vel* in ت, *vel* detractis punctis in ه otioſum, مدينهٔ منوره *medineī münewwere*, Civitas illuminata (ſic vocant Medinam, ubi ſepultus eſt eorum Pſeudopropheta Mahomet) Aliâs Turcicâ conſtructione eſſet منور اولان مدينه *müneuwer olan medine*. Sic اوصاف جميله سى *ewsāfī ğimīleſi*, ejus qualitates pulchræ, eximiæ dotes, laudes. Pluralia enim, *pro.* irrationalium, fœminini eſſe generis dictum eſt, & optimè conſtrui cum ſingulari Adjectivo fœminino, ut hîc vides, quamquam id non ita exactè ſervent in familiari ſermone, aut etiam in libris ipſis, & in Perſicis quidem minimè; dicitur enim هفتهٔ مبارك *hefteī mübārek*, non مباركه *mübāreke*, licèt Arabica videatur eſſe terminatio fœminini: ſed ideo id fit, quia in Perſicis non datur generis diſtinctio.

Concordantia Relativi cum antecedente.

De Relativo Turcico & Perſico كه *ki* dictum eſt *Part*, 3. *Cap.* 2.

¶ *De Arabico* الّذي *ellezī*, qui, *reſtat adhuc aliquid dicendum.*

Concordat itaque cum antecedente in genere & numero, non autem in caſu. Sic dicitur الرّجل الّذي *erreğiülül-lezī*, vir qui, الرّجل الّذي *erreğiülil-lezī*, viri qui, الرّجل الّذي *erreğiülel-lezī*, virum qui. *Dual.* الرّجلان الّذان *erreğiülānil-lezāni*, duo viri qui, الرّجلين الّذان *erreğiülejnil-lezāni*, duorum virorum qui, *&* الرّجلين الّذين *erreğiülejnil-lezejni*, duorum virorum quorum, quibus, *&* quos, *Plur.* الرّجال الّذين *erriğiālül-lezīne*, viri qui, quorum, quibus, quos. *Sic riğiāli*, virorum, *riğiāle*, viros, &c. *Sic* الامراة الّتى *el imrātül-letī*, mulier quæ, cujus, cui, quam. *Dual.* الامراتان التّان *el imrātānil-letāni*, vel *illetejni*, duæ mulieres quæ, quarum, &c. نسوة اللّاواتي *niſwetül-liwātī*, vel اللّاء *üllāi*, vel اللّاي *üllāi*, vel اللّاتي *üllātī*, mulieres quæ, quarum, &c.

Cùm autem Plurale antecedens fuerit non rationale, Relativum ponitur fœmininum ſingulare, uti non rectè diceretur الكتب الّذين *el kütübül-lezīne*, libri qui, *ſed dici debet* الكتب الّتي *el kütübül-letī*, libri qui. *Quod fit etiam in Pronominibus perſonalibus reciprocis, ut* اخذت كتباً و قرأتها *echaztü kütüben we kareetühā*, ſumpſi libros quoſdam & legi eos. *Raro autem uſurpatur hoc Relativum in obliquis caſibus, maximè in Singulari, ſed Affixis ipſe defectus ſuppletur, ut* ضربني الرّجل الّذي نصرته *zarabenīr-reğiülül-lezī naſartühu*, percuſſit me vir ille, quem adjuveram, *& in Duali* ضربني الرّجلان الّذان نصرتهما *zarabenīr-reğiülānil-lezāni naſartühümā*, *quod etiam ſimpliciter dici poteſt* ضربني الرّجلان الّذين نصرت *zarabenīr-reğiulānil-lezejni naſartü*, percuſſerunt me duo viri, quos adjuveram.

Omittunt ſæpe ipſum Relativum الّذي *ellezī*, *& utuntur ſolo Affixo, ut in exemplis ſuperioribus Adjectivi cum Subſtantivo habuiſti. Sic dicunt* الله جل شانه *allāhü ğelle šānühu*, Deus, cujus glorioſus eſt ſtatus, *q.* Deus, glorioſus fuit, eſt, & erit ſtatus ejus, *quod nos diceremus*, Deus glorioſus, potens, &c.

Caterùm hujuſmodi Pronomina, ſive *relativa*, ſive *perſonalia affixa prærequirunt*

ſem-

Digitized by Google

ſemper antecedens, ad quod referantur, ſaltem ut virtualiter præcedat, ſi non prolati ne. Unde dicere licet الذي خلقنا هو يدبّرنا *ellezi chælekænā hüwe jüdebbirünā*, qui creavit nos, ipſe regit nos, *quia ſcilicet præintelligitur antecedens* ille. *Licebit etiam dicere* ضرب غلامه زيدٌ *zærebe ghulāmehu zejdun*, percuſſit ſervum ſuum Zeidus, *quia virtualiter præcedit antecedens, agens Verbi, ſeu Nominativus; non item licet dicere* ضرب غلامه زيداً *zærebe ghulāmühu zejden*, percuſſit ſervus ejus Zeidum, *q.* زيداً *zejden eſt patiens, & ſic nec virtualiter præcedere poteſt. Sic dici poteſt* في داره زيدٌ *fi dārihi zejdün*, in atrio ſuo Zeidus, *quia* زيدٌ *zejdun virtualiter præcedit tanquam baſis enuntiationis. Nec bene dicitur* صاحبها في الدّار *sāhybühā fiddāri*, Dominus ejus in atrio eſt, *quia non præcedit antecedens, ſed dici debet* في لدّار صاحبها *fid-dāri sāhybühā*, in atrio Dominus ejus, *vel* صاحب الدّار فيها *sāhybüd-dāri fihā*, Dominus atrii eſt in eo.

Concordantia Subſtantivi cum Subſtantivo.

Quotieſcunque duo nomina Subſtantiva, non ſolùm rerum diverſarum, ſed & ad eandem rem pertinentia in oratione continuantur, alterum erit Genitivi caſûs, eorum enim etiam, quæ in Latinis & Germanicis caſu concordant, ponunt Turcæ, Arabes & Perſæ, ut Itali & Galli, alterum in Genitivo, ut Urbs Vienna, die Stadt Wienn/ dicet Turca بچ شهري *beč šehri*, aut ex Arabico & Perſico مدينهٔ بچ *medinei beč*. *La Città di Vienna.* La Ville de Vienne. Sic اردل ولايتى *erdel wilājeti*, vel ex Arabico ولايت اردل *wilājeti erdel*, Regio Tranſylvania, *vel* Tranſilvaniæ. *Il paeſe di Tranſiluania.* طونا ارمغي *tuna irmaghy*, vel نهر طونا *nehri tuna*, Fluvius Danubius, & ſic de aliis, quæ conſtruuntur eodem modo, quo alia duo Subſtantiva diverſarum rerum, quorum in latina aliiſque Linguis alterum eſt in Genitivo: hoc tamen obſervato, quod in Etymologia fusè explicavimus, quòd nimirum Genitivus debet in Turcicis præcedere alterum Subſtantivum, ut in Germanicis; alteri verò Subſtantivo additur ي vel سي *ſi* poſſeſſivum, *v. g.* پاشانك اوغلي *paſanün- oghly*, Filius Baſſæ, *ſeu* Gubernatoris provinciæ. Deß Stadthalters ſein Sohn. *Il figliuolo del Baſsà, ò Gouernatore.* پاشانك اوغلينك يولداشي *pašanün- oghlynün- joldaši.* Filii Baſſæ ſocius, conſors, & conjux. Deß Baſſa ſeines Sohns Geſpan, oder Gemahlin. *Il compagno, ò conſorte, la moglie del figliuolo del Baſsà*, ſic per omnes caſus. پاشانك اوغلينك يولداشنه *pašanün- oghlynün- joldašine*, ſocio, *vel* conjugi filii Baſſæ. Sic پاشانك اوغلينك توابعلري *pašanün- oghlynün- tewābi-leri*, Aſſeclæ filii Baſſæ Ubi nota, Plurali Arabico addi etiam poſſe notam Pluralis Turcicam, ut hic توابعلري *tewābi-leri*, pro توابعي *tewabi-ÿ*. Revoca etiam huc, quæ *Part. 3. Cap. 3.* dicta ſunt, quòd nempe Nominis indeterminati omittatur characteriſtica Genitivi, ut ſi dicatur Germanicè Eines Baſſa Sohn Ital. *Il figlio d'un Baſsà, ò figlio di Baſsà*, Turcicè dicendum eſt پاشا اوغلي *paša oghly*, & non پاشانك *pašanün-*, quia hoc ultimum ſignificat Deß Baſſa / *del Gouernatore*, determinatè.

Ubi autem expreſſa numero aliquo fuerit quantitas rei, Genitivus ille non præponitur ſed illud Subſtantivum quod deberet eſſe in Genitivo poſtponitur in Nominativo, ut بر الاي حرامزاده *bir alaj bærāmzāde*, aliquot nequam, ſeu una turba nequam hominum, *q.* illegitimè natorum, *una mano di forfanti.* Sic ايكى قدح شراب *iki kædæh šerāb*, duo ſcyphi vini, اون كيله بغداي *on kile boghday*, decem menſuræ tritici; planè ut in Germanicis; Ein Menge Schälcke / Böſwicht / zwey Gläſer Wein / zehen Metzen Weitzen/ꝛc. Sic اللي برباش رأس قيون *elli bir baš, vel rees kojun*, quinquaginta capita ovium *h. e. 50.* oves. يكرمي پاره قطعه قاليون *jigirmi pāre, vel kyt-ꜵ kalijon*, viginti naves majores, zweintzig Kriegs-Schiff *vinti pezzi di galeoni, 20. galeoni.* Sic in numerando ſæpe addunt quid ſimile, ut de hominibus dicunt كشى *kiši*, *vel uſit.* نفر *nefer*, perſona, اوچ نفر ينكچري *üč nefer ien-yčeri*, 20. Janiſſarii: de animalibus باش *baš vel* رأس *rees*, caput, de armis قبضه *kæbzæ*, manubrium, de majoribus rebus, etiam de pagis پاره *pāre vel* قطعه *kyt-ꜵ*, pars, Stück / de minoribus دانه *dāne, tāne*, granum, de æqualibus rebus عدد *æded*, numerus, &c. Sic etiam dicitur بر لقمه اتمك *bir lokma etmek*, fruſtum

in Genitivo exiſtenti innititur carere debet articulo, & tenwino, hoc eſt ° ٍ ٌ *: & ſi Duale ſit aut Plurale ſanum Maſculinum, privanda erunt ſuis* ن *u finalibus, ut* كتاب زيدٍ *kitābü zejdin*, liber Zeidi, كتابا زيدٍ *kitābā zejdin*, duo libri Zeidi. *Plurali autem ſano, ut antè dictum eſt, poſt* و *ſolent ſuac addere* ا *elif otioſum, ut* بنوا زيدٍ *benū zejdin*, filii Zeidi. *Non licet igitur dicere* كتابٌ زيدٍ *kitābün zejdin, vel* الكتاب زيدٍ *elkitābü zejdin, neque* كتابان زيدٍ *kitābānĭ zejdin, neque* بنون زيدٍ *benūne zejdin, neque* البنوا زيدٍ *elbenū zejdin; ſed uti ſuprà.*

Altera Annexio, quæ eſt ſecundùm prolationem tantùm, non vera & realis, eſt primò Annexio Agentis ad ſuum Patiens, ut ضارب زيدٍ *zāribü zejdin*, percutiens, *ſeu* percuſſor Zeidi, *quando ſenſus eſt de actione præſenti vel futura: nam quando ſenſus eſt de actione præterita, Annexio cenſetur vera, pertinens ad priorem. Secundò Annexio Adjectivi qualificantis ad ſuum Subjectum, ut* حسن الوجه *heſenül weğhi*, pulcher-faciei, *quod nos dicimus*, facie pulcher. *Tertiò Annexio patientis ad nomen aliud explicans peculiare Subjectum paſſionis, ut* مضروب الظّهر *mezrūbuz-zahri*, percuſſus dorſi, *ſeu* dorſo.

In ejuſmodi ergo Annexionibus non realibus nomen Annexum neceſſariò privandum erit tenwino ° ٍ ٌ *&* ن *finali, ſi Duale aut Plurale ſanum ſit, non tamen neceſſariò privari debet articulo, ſed poteſt eſſe vel cum articulo vel ſine eo, prout ſenſus eſt de determinato aut de vago ſeu indeterminato, ut* ضارب العبد *zāribül ābdi, &* الضّارب العبد *ez-zāribül ābdi*, percutiens *ſeu* percuſſor ſervi, *Italicè redderetur, Battitore* vel *un battitore del ſeruo*, poſterius, *il battitore del ſeruo. Si tamen nomen, cui fit Annexio,* ſeu *quod eſt in Genitivo, fuerit nomen proprium, licebit quidem juxta ſenſûs exigentiam dicere cum Articulo Annexi, ſi fuerit in Duali vel Plurali, ut* ناصرا زيدٍ *nāſyrā zejdin, vel* النّاصرا زيدٍ *en-nāſyrā zeidin*, duo adjutores Zeidi, & النّاصروا زيدٍ *en-nāſyrū zejdin*, plures adjutores Zeidi. *Non autem licebit dicere cum Articulo Annexi ſi fuerit in Singulari; quare non dices* النّاصر زيدٍ *en-nāſyrü zejdin, ſed ſine Articulo* ناصر زيدٍ *nāſyrü zejdin*, Adjutor Zeidi. *Quod ſi dicere volueris cum Articulo determinante, dic* النّاصر زيداً *ennāſyrü zejden*, adjuvans Zeidum, *ſed tunc non erit Annexum, ſed tanquam participium reget caſum ſui Verbi.*

In cæteris verò Annexionibus neceſſariò privandum erit Nomen Annexum & articulo & tenvino & ن *Duali vel Plurali.*

De nomine poſteriore, cui prius annectitur, nulla difficultas, ponitur enim aut cum articulo ſi ſit determinatum, aut ſine articulo ſi fuerit vagum ſeu indeterminatum, quod alibi declaratum eſt.

Quod ſi nomen Annexum habeat epithetum ſeu Adjectivum, hoc non ponitur niſi poſt nomen poſterius, cui prius annectitur. Nec enim, ut ſuprà innui, dici poteſt رأيت ملاك عزيز الله *reejtü melāke āzīzallāhi, ſed* رأيت ملاك الله العزيز *reejtü melākallāhil-āzīze*, vidi Angelum Dei fortem.

Perſæ quoque in concurſu duorum Subſtantivorum utuntur ſimplici, aut, ſi vis, reali annexione abſque alia Genitivi nota, ut كتاب پدرمن *kitābĭ pederĭ men*, liber patris mei, سلامت مردم *ſelāmetĭ merdüm*, ſalus hominis, حكايت آن روباه *hykājetĭ ān rūbah*, hiſtoria illius vulpis, اقليم پارس *yklīmĭ pārs*, Regnum Parthorum, درگاه خدا *dergāhĭ chudā*, Aula Dei. Atque perpetua eſt in quolibet caſu terminatio prioris *ſeu* Annexi Subſtantivi, additur nimirum ِ *keſra*, *h. e.* calci prioris nominis illud ĭ breve, quo annectitur alteri Subſtantivo immutato, quod tamen noſtro modo diceremus eſſe in Genitivo. Si autem nomen Annexum deſinat in ا *ā* - و *ū*, realiter adſcribitur ي *i*, & ſi deſinat in ي *ī*, vel in ه *e*, vel *æ*, adſcribitur ء *hemza* cum ِ *keſra*, *i*, eo modo, quo tibi explicui, dum egi de concordantia Adjectivi cum Subſtantivo, *e.g.* پاشاي شام *paşaĭ şām*, Baſſa, *ſeu* Gubernator Damaſci, كتخداي وزير اعظم *ketchudāĭ wezīrĭ aazem*, Præfectus Aulæ ſupremi Veſirii aut Miniſtri. تيهوي صحرا *tīhūĭ ſahrā*, perdix campi, بوي گل *būĭ gül*, odor roſæ, پادشاهيء پدر *pādiśāhiĭ peder*, Regnum patris, خانهء برادر *chā-*

Digitized by Google

chanĕ bürâder, domus fratris. Hanc autem Annexionem realem vocant plerumque اضافة لامية *yzâfetĭ lâmije*, *quaſi* quæ poteſt reſolvi per ل *li* particulam Arabicam poſſeſſionis, ut dictum eſt, ſignificativam. Annexionem autem Subſtantivi cum Adjectivo, & methaphoricam, *ſeu* quæ realis poſſeſſionis nihil habet, vocant اضافت بيانيه *yzâfetĭ bejanije*, annexio explicativa, ut ايام كذشته *ejjâmĭ güzeſte*, dies, *vel* tempora præterita, خواب نوشين *chŭbĭ nüſin*, ſomnus ſuavis, من مسكين *menĭ miskin*, *quod dicunt Turcæ* بن فقير *ben fakyr*, ego pauper, miſerabilis. Sic دايهء ابر *dâjeĭ ebr*, nutrix nubis, *ſeu* nubes, *q.* herbarum nutrix, خلعت نوروز *chyl-ătĭ newrûz*, veſtis æquinoctii, viror, باران رحمت *bârânĭ ræhmet*, pluvia miſericordiæ aut clementiæ, & ſimilia.

Sciendum etiam Perſas dum utuntur hujuſmodi annexionibus, etiamſi nomina ſint Arabica eodem modo ea efferre adjecto nimirum *ĭ* ultimæ conſonanti aut vocali Annexi. Immò ſi Arabicum nomen exeat in ي proferendum ut *â*, tunc in conſtructione vertunt ي in آ, & huic addunt ſuum ي breve *ĭ*, ut تمناي شفاعت *temennâĭ ſiſa-ăt*, petitio interceſſionis, ſic in معنى *mæ-na*, دعوي *dæ wâ*, مولي *mewla, &c.*

Turcæ itaque cùm utuntur Arabicis & Perſicis nominibus aut ea conſtruunt ſuo modo præponendo Adjectivum Subſtantivo & Genitivum nomini Annexo, aut adhibent ſtrvantve Annexionem Perſicam, hoc eſt poſtponunt Adjectivum ſuo Subſtantivo, aut Subſtantivum, quod debebat eſſe in Genitivo juxta regulas Turcarum generales ſuperiùs datas, poſtponunt alteri Subſtantivo Annexo aut regenti, addendo ſemper huic priori in legendo vocalem *i* breviſſimè proferendam & conjunctim cum ſequenti dictione abſque pausâ, quaſi eſſet unum compoſitum; quod commune habent cum Perſis, *e. g.* Liberum eſt Turcis dicere محمدك اطلاقي *muhæmmedün ytlâky*, dimiſſio, eliberatio Mahometis, & dicere اطلاق محمد *ytlakў muhæmmed*, *Idem*, eliberatio Mahometis *putà captivi*. Sic مؤكد تنبيه *mü-kked tembih*, roborata, aut iterata inhibitio, & تنبيه مؤكد *tembihĭ müekked*, *Idem* خالص محبت *châlys muhæbbet*, *vel* محبت خالصه *muhæbbetĭ châlyſe*, amor ſincerus, مزبور سپاهي *mezbûr ſipahi*, & سپاهيء مزبور *ſipahiĭ mezbûr*, prædictus eques, & infinita alia. Ubi obſervandum velim primò, neceſſariò in his Annexionibus debere eſſe ambo nomina aut Arabica aut Perſica: nam cum Turcicis non annectuntur Arabica neque verò Perſica, ſed bene hæc inter ſe. Secundò ة fœmininum terminativum Arabicum mutari ſive in Turcicis, ſive in Perſicis in ت, ut pro محبةٌ *muhæbbetün*, ſcribunt محبت *muhæbbet*, vel certè, quod Perſis longè frequentiſſimum eſt, nec rarum Turcis, *idem* ة finale verti in ه nudatum ſuis punctis & ſuâ vocali aut nunnatione, ut in exemplo allato utrumque habes محبت خالصه *muhæbbetĭ châlyſæ*, pro Arabico محبةٌ خالصةٌ *muhæbbetün châlyſætün*. Et ſemper quidem id obſervatur in Adjectivis fœmininis, in Subſtantivis autem aliquando ſic fit, aliquando ة in ت vertitur, & ſæpe utroque modo idem Subſtantivum invenitur ſcriptum tam apud Turcicos quàm apud Perſicos Authores. Poſtremò notandum eſt, quod ſuprà innui, ſi Annexa ejuſmodi nomina Arabica adſumantur ad Turcica vel Perſica, cùm ſecundum nomen, in Genitivo nempe poſitum, Arabicum afficitur articulo, tunc ubique adhibetur integrum in Nominativi terminatione, quemcumque tandem exigat ſenſus caſum, quem aliàs, ſi opus eſt, exprimunt adjectâ ultimæ poſterioris nominis characteriſticâ caſûs requiſiti, *v. g.* عبد اللهك ايشي *âbdüllâhün-iſi*, res ſervi Dei, non verò *âbdillâhi* in Genitivo. Talia ſunt واجب الرعايه *wâgibür-ry-âje*, dignus honore, عاقبة الامر *âkybetül emyr*, exitus rei, finis, & finaliter, tandem. في نفس الامر *fi nefſil emўr*, in imo rei, in ipſa re. *Nel fondo della coſa*, & ſexcenta alia.

Sciendum autem & diligenter obſervandum, ſæpe occurrere duo Subſtantiva Arabica aut Perſica etiam in ſcriptione diſtincta, quæ ſunt merè unum compoſitum adinſtar Adjectivi uſurpandum, & ſic omnino ſunt legenda, abſque additione illius *i* annexionis etiam in lectione, *e. g.* عزت مآب *Jzzet meâb* (non *Jzzeti meâb*) receptaculum magnificentiæ, *ricetto di magnificenza*, *h. e.* magnificus, illuſtriſſimus, &c. فلك رفعت *felek rif-ât*, altitudo cœli, *ſeu* altitudinis cœli, *i. e.* inſtar cœli altus, celſitudine cœlum æquans, &c. يوسف جمال *jûſüf ğemâl*, pulchritudo Joſephi, *ſeu* pulchritudine Joſephum Patriarcham (quem hominum formoſiſſimum fuiſſe ſupponunt) æquans, &c. پري رولر *peri rûler*, aſpectûs Angelici, facie Angelis pares, formoſi, &c. مقام جنت آباد *mekâmĭ ğennet âbâd*, habitatio ſimilis Paradiſo, amœniſſima, & millena hujuſmodi. Sic dicitur etiam uſitatè كمال مرتبه *kemâl mertebe*, perfectè, accuratè.

Item

Item Adjectiva Arabica & Perſica præpoſita Subſtantivo, ſæpe formant compoſitum adinſtar unjus Adjectivi nobis ferè reddendum, ut نيك فعال *nik fiʿâl*, bonarum actionum, probus, &c. بد بخت *bed bacht*, malæ ſortis, infortunatus, infauſtus, صاحب عقل *ſâhyb ʿâkyl*, poſſeſſor judicii, judicioſus; ſed hæc conſtructio, *ſeu* lectio videtur eſſe Perſica, *pro ſâhybi ʿâkl.* Sic خوب روي *chûb rûj*, pulcher facie, خوش خوي *choš chûj*, bonis moribus. Reſpondentque hæc Perſica Arabicis illis Annexis annexione prolatitia, non reali, ut حسن الوجه *haſenül-weğhi*, مصر نادرة العصر *myſrü nâdiretül ʿâry*, Babylon raritas ſeculi, *vel* mundi, ſeu præſtantiſſima urbs mundi, &c.

Innumera autem ſunt nomina hujuſmodi compoſita Perſica, quæ ferè ad libitum in ſcriptione aut connectuntur aut ſeparatim ſcribuntur, tàm ex duobus Subſtantivis, quàm ex Adjectivo præpoſito Subſtantivo, & maximè ex Participio poſtpoſito, *ſive* illud ſit integrum, *ſive* diminutum ſimile Imperativo, & ex Subſtantivo; ut præter allata exempla شرهنك زاغ جنك *ſerhengi zâgh ćeng*, Apparitor unguibus corvi armatus, corvi inſtar rapax. *Alt.* سرو ناز طوبا خرام *ſerwi nâzi tûbâ chyrâm.* Cupreſſus jucunda inſtar Arboris Paradiſi motum habens, *h. e.* leniter agitata & jucundiſſimum ſui conſpectum exhibens, &c. سمن تنلر vel ياسمين تنلر *ſemen tenler*, corpore jaſmini, *vel* gelſmini inſtar odorifero præditi. Sic غنچه لبلر *ghunće lebler*, os inſtar alabaſtri, *ſeu* roſæ florem emittere incipientis habentes, os anguſtum gratumque habentes, &c. *di bocca ſimile ad un bottone di roſa.* مار گزيده *mâr gězîde*, à ſerpente punctus, ſerpentis morſu affectus, جهان ديده & جهانديده *ǵihân dîde*, mundum pervagatus, qui mundum vidit aut luſtravit, &c. گوشه نشين *koſe niſîn*, ſedens in angulo. *Ritirato.* تير انداز *tir endâz*, jaculator ſagittarum, ſagittarius, &c. & innumera alia.

CAPUT QUARTUM

De conſtructione Comparativi & Superlativi, aliorumque Adjectivorum caſum aliquem regentium.

De Comparativo jam in Etymologia dictum eſt, quòd conſtruatur cum Ablativo qui ſemper præponi debet, ut اندن يكدر *andan iegdür*, melior illo eſt, ايلك مرتبه سي سكندن اعلا *anun mertebeſi ſenün-kiden aʿlâ*, gradus dignitatis ejus tuo ſublimior eſt, ſic مفت سركه بالدن طتلو *muft ſirke balden tatlü*, acetum gratis datum dulcius eſt melle, *Prov.* دوه دن بيوك فيل وار *dewe den bújük fil wâr.* Datur major camelo elephas, *Prov.* Poſito nimirum ſimpliciter Poſitivo loco Comparativi. Sic etiam dicitur سندن چوق بلور *ſenden ćiok bilür*, يك بلور *ieg bilür*, plus, vel meliùs ſcit quàm tu, & cum Verbo اوّل بلدوكمدن چوق بلورم *ewwel bildügümden ćiok bilürüm*, plus ſcio quàm antea ſciverim, *q.* plus eo quod priùs ſcivi, ſciebam, &c. Sic بلدوكمدن زياده اغزمدن چقمز *bildügümden ziiâde aghzumdan ćikmaz*, ex ore meo non exibit ultra id quod ſcio, *ſeu* plus quàm ſciam. Ubi nota illud *quàm* latinum difficulter reddi Turcicè, unde vulgus *pec.* Chriſtianorum, & minùs periti Turcæ ſæpiſſimè illud reddunt per نه كه *vel* نكه *neki* *v. g.* بر ار يكدر نكه ايكي عورت *bir er iegdür neki iki ʿâwret*, præſtat unus vir duabus mulieribus, ſeu melior eſt unus vir, quàm duæ mulieres; ſic دخي چوق بلورم نه كه اوّل *daha ćiok bilürüm neki ewwel*, plus ſcio quàm priùs; ſed tu cum doctis aſſueſce illud reddere, ut ſuprà in hoc exemplo, in altero autem dic بر ار ايكي عورتدن يكدر *bir er iki ʿâwretten iegdür.* Immò ſi duo Verba in Infinitivo veniunt comparanda, regens ſeu quaſi comparativum juxta regulam generalem debet poſtponi, atque ita Verbum rectum, ſeu quaſi poſitivum cum tota ſua phraſi præpones addeſque notam Ablativi دن *den*, cui ſubjungere etiam potes ايسه *iſe*, poſt quod ſequetur tandem Verbum regens, *e. g.* يكلش اوقيقدن ايسه اوقومامق يكدر *ian-liš okumaktan iſe okumamak iegdür*, præſtat non legere quàm erroneè legere, & ſic in aliis.

§ *Comparativum apud Arabes & Superlativum ejuſdem eſſe formæ, & in regimine Comparativum poſtulare poſt ſe* من *min cum Genitivo, Superlativum autem Genitivum, dicimus* Part. 2. Cap. 5. *Vocatur autem utrumque* اسم التفضيل *iſmüt-tefzyl* (*&* افعل المفضل *ef-ʿâlüt-tefzyl*) Nomen exceſſus, *quod ſemper concordandum cum ſuo Subſtanti-*

 vo,

vo, præſertim in caſu, non licet dicere رأيت رجلاً احسن من زيد اخوه *reejtü regiülen ahſene min zejdin achühu*, vidi virum, cujus frater pulchrior Zeido, *nec* رأيت رجلاً احسن الناس اخوه *reejtü regiülen ahſenen-näſi achühu*, vidi hominem, cujus frater hominum pulcherrimus; *prout dicebatur in Poſitivo* رأيت رجلاً حسناً اخوه *reejtü regiülen haſenen achühu*, vidi hominem, cujus frater pulcher; *ſed dicendum, concordato ipſo Comparativo cum proprio ſubjecto, cujus verò eſt qualitas, ſive præcedat, ſive ſequatur,* رأيت رجلاً احسن من زيد اخوه *reejtü regiülen ahſenü min zejdin achühu*, vidi virum, cujus frater pulchrior Zeido, & رأيت رجلاً احسن الناس اخوه *reejtü regiülen ahſenün-näſi achühu*, vidi virum, cujus frater hominum pulcherrimus. *Quòd ſi articulo afficiatur hoc Comparativum, reſpondet Superlativo, ut* زيدٌ الافضل *zejdül efzalü*, Zeidus præſtantiſſimus. *Si cum* من *min conſtruatur, reſpondet noſtro Comparativo, ut* زيدٌ افضل من عمرو *zejdün efzalü min ämrin*, Zeidus eſt præſtantior Amro. *Porrò ſi, ut Annexum, habet poſt ſe Genitivum, noſtro Superlativo in regimine exiſtenti reſpondet, ut* زيدٌ افضل الناس *zejdün efzalün-näſi*, Zeidus eſt præſtantiſſimus mortalium. *Nec aliter adhibetur, quàm his tribus modis: nam quando dicitur*, v. g. الله اكبر *allähu ekberü*, Deus eſt major, *ſubintelligitur* من كل شيءٍ *min külli ſejin*, quàm omnis res, *ſeu* eſt maximus omnium rerum.

Quando autem conſtruitur cum من *min, non habet differentias generis aut numeri, ſed tantùm caſûs, unde dices* زيدٌ افضل من عمرو *zejdün efzalü min ämrin*, Zeidus eſt melior Amro, الزيدان افضل من عمرو *ezzejdäni efzalü min ämrin*, duo Zeidi meliores, *pro* meliores ſunt Amro, الزيدون افضل من عمرو *ezzejdüne efzalü min ämrin*, plures Zeidi meliores ſunt quàm Amrus, هندٌ اجمل من زينب *hindün eǵmelü min zejnebe*, Hinda eſt pulchrior quàm Zeineba, الهندان اجمل من زينب *el hindani eǵmelü min zejnebe*, duæ Hindæ pulchriores Zeinebâ, رأيت الهندات اجمل من زينب *reejtül hindäti eǵmelü min zejnebe*, vidi plures Hindas pulchriores quàm Zeineba.

Quando autem uſurpatur cum articulo, tunc in omnibus concordat cum Subſtantivo, omnes habens differentias, ut زيدٌ الافضل *zejdün el efzalü*, *zejdül efzalü*, Zeidus præſtantiſſimus, الزيدان الافضلان *ez-zejdänil efzaläni*, duo Zeidi præſtantiſſimi, الزيدون الافضلون *ez-zejdünel efzalüne*, vel الافاضل *el-efazylü*, plures Zeidi præſtantiſſimi, هند الفضلى *hindül fuzlä*, Hinda præſtantiſſima, الهندان الفضليان *el-hindänil-fuzlejäni*, الهندات الفضليات *el-hindätül fuzlejätü*, vel الفضالى *ül-fuzalä*, Hindæ præſtantiſſimæ, & هندات كبريات *hindätün kubrejätün*, vel كبارى *kübärä*, vel كبر *küberün*, plures Hindæ maximæ.

Porrò quando ſuperlativè uſurpatur in regimine, ſeu *ut Annexum, ad libitum dicetur*, vel *concordando etiam in genere & numero*, vel *ſumendo pro omnibus vocem ſingularem maſculinam, ut* زيدٌ افضل الناس *zejdün efzalün-näſi*, Zeidus præſtantiſſimus hominum, *& ad libitum*, ſive الزيدان افضل الناس *ez-zejdäni efzalün-näſi*, ſive افضلا الناس *efzalen-näſi*, duo Zeidi præſtantiſſimi hominum, الزيدون افضل الناس *ez-zejdüne efzalün-näſi*, ſive افضلوا الناس *efzalün-näſi*, plures Zeidi hominum præſtantiſſimi, هندٌ افضل النساء *hindün efzalün-nisäi*, ſive فضلى النساء *fuzlen-nisäi*, Hinda præſtantiſſima mulierum, الهندان افضل النساء *el hindäni efzalün-nisäi*, vel فضليا النساء *fuzlejän-nisäi*, duæ Hindæ præſtantiſſimæ mulierum, الهندات افضل النساء *el-hindätü efzalün-nisäi*, vel فضليات النساء *fuzlejätün-nisäi*, plures Hindæ præſtantiſſimæ mulierum.

De Comparatione Perſicorum dictum eſt *Part. 2. Cap. 5.*

Adjectiva caſum regentia apud Turcas vix inveniuntur; ſed ea quæ in Latinis Genitivum, Dativum aut Ablativum regunt, exprimunt illi per Participia & plerumque Arabica cum caſu, quem ipſum Verbum regit: *e. g.* صلحى سوجى *ſulhy ſewiǵi*, & صلح سون *ſewen* amans pacem, amator pacis, خير اسنيجى *chair iſteiǵi*, & خير صانجى *chair ſaniǵi*, & خير صنان

Digitized by Google

صنان *ſanan*, optans boni, ſeu bonum, benevolus, & Arabica quidem cum Dativo ſequentia علمه طالب *ӱlme tālib*, cupidus & ſtudioſus ſcientiæ, ſic نامه راغب طالب *nāme rāghyb, vel tālib*, cupidus gloriæ, aut bonæ famæ, boni nominis كوتكه مستحق *kötege muſtæhakk*, aut detracto ـ *muſtæhæk*, dignus baculo, virgis, ſic قتله مستحق *kætle muſtæhakk* (alii dicunt *muſtæhykk*) dignus morte, ſeu occiſionem, mortem promeritus, برنسنه‌یه قادر *bir neſneje kādyr*, alicujus rei potens, par rei, quod etiam dicitur كافي *kafi* ſufficiens, par, دولته لايق *dewlete lāik*, Regno conveniens, پادشاهه لايق *pādiśāhe lāik*, dignus Rege, ſeu qui Regi offeratur, ſic اكا حرمت لايقدر *an-a hurmet lāiktür*, dignus eſt honore, *q.* illi convenit honor. Talia ſunt موافق *müwāfik*, conveniens, قابل *kābil*, aptus, habilis, idoneus, مناسب *münāſib*, proportionatus, conveniens, واقف *wākyf*, gnarus, peritus, verſatus, عاجز *ăgiz*, impotens, inſufficiens, حاضر *hāzyr*, paratus, محتاج *muhtāğ*, indigus, شامل *śamil*, continens, complectens, & Turcicum بكزر *ben-zer* ſimilis, quod eſt participium Verbi بكرمك *ben-zemek*, ſimilem eſſe.

Pauca cum alio caſu, *v. g.* اندن غافل *andan ghāfil*, imprudens, non cavens ab eo, عسكردن قچقين *ăskerden kaćkyn*, fugitivus ab exercitu, اخبار سلامتكزي مشعر مكتوب *achbāri ſelāmetun-üzi muś-ýr mektūb*, literæ continentes aut ſignificantes nuntia ſalutis veſtræ, cum Accuſativo, ut vides, quem regit tanquam Participium, & ſic de aliis.

Quæ tamen ſi more Arabico conſtruantur tanquam Annexa poſt ſe habent Genitivum, cui Turcæ, ut ſæpe dictum eſt, detrahunt vocalem, ideoque dicunt, *v. g.* طالب علم *tālibi ӱlm*, cupidus ſcientiæ, لايق دولت *lāikӱ dewlet*, conveniens ſtatui, regno, unde etiam dicunt لازم الرّعايه *lāzımür-ry-āje*, dignus honore, cui conveniens aut neceſſarius eſt honor, &c.

De numeris & aliis quæ pertinent ad numerationem aut quantitatem jam dictum eſt *Part. 2. Cap. 8.* Regunt enim in Turcicis nomen numeratum in Nominativo, ſeu tanquam Adjectiva præponuntur Subſtantivo Singulari, ut يوز آدم *jüz ādem*, centum homines, برقاچ كشي *bir kać kiśi*, aliquot perſonæ, قاچ كشي *kać kiśi*, quot perſonæ? *Perſicè* صدكس *ſad kes*, centum homines, تنی چند *teni ćend*, aliquot perſonæ, چند كس *ćend kes*, quot perſonæ? &c. Pro Arabicis *V. loco citato.*

De uſu & conſtructione Pronominum jam etiam abundè dictum eſt in parte tertia, quæ omnia huc ſi vis revoca. Scias tamen, quod ibi omiſſum eſt, inveniri etiam in libris & vulgò nonnunquam dici pro بونلر *bunlar*, hi, بولر *bular*, hi, ſic اولر *olar*, pro انلر *anlar*, illi, Quod tuæ notitiæ non uſui ſerviat.

CAPUT QUINTUM

De Syntaxi Verborum.

DE uſu temporum Verborum ſatis dictum eſt in etymologia, ſeu in parte quarta. Quorum tamen nonnulla præſertim ex Turcicis repetere non abs re fuerit, ut meliùs omnia memoriæ imprimantur.

Diximus Præſens & Futurum Indicativi eſſe سورم *ſewerüm*, quando tamen actio deſignatur continuata & in fieri determinato, ſæpe adhiberi pro Præſenti Gerundium illud in ه *e* vel ي *i*, quod eſt loco Gerundii in وب *üb*, & يورر *jürür*, incedit, pergit, quod in familiari ſermone contrahitur ad يور *jür*, ut سويور *ſewejür*, pro سوه يورر *ſewejürur*, vel سوي يورر vel سويورر *ſewijürur*, quaſi سوب يورر *ſewüb jürür*, uti etiam dicitur, سوب طورر *ſewüp durür*, amat, ſtat, vel incedit amans vel amando. Sic ايديور vel ايده يور *idejür*, pro ايديورر *idijürür*, & hoc pro ايدوب يورر *idüp jürür*, vel ايدوب طورر *idüp durür*, facit, كليور *gelijur*, pro كليورر *gelijürür*, venit, ferè diceres Italicè *Viene, và, ſtà amando, facendo, venendo.*

Diximus pro Præſenti adhiberi in certis Verbis Præteritum perfectum, ut بلدم *bildüm*, novi, ſcivi, *pro* ſcio, noſco, اكلدكمى *an-ladün mi*, intellexiſtinè, *pro* intelligiſnè? كوردكمي *gördün-mi*, vidiſtinè, *pro* videſnè? ſic بيوردم كه *bujurdüm ki*... Mandavi *pro* mando, impero, aut mandamus, volumus ut... *Ordiniamo, che*... Sic loquitur Imperator

tor Turcarum in ſuis diplomatibus, mandatis, &c. Et figuratè quidem aliquando adhibent Præſens ſeu Futurum loco Præteriti in narrationibus, ut fit in Latinis, ſed tu ab his abſtine.

Diximus quoque pro Imperativo adhiberi ſæpe Potentialem ſeu Optativum, ut كلەسن *gelesyn*, veni, venias, كله *gele*, veniat, ſic الله راضي اولا اولسون *allāh rāzȳ ola*, *vel* اولسون *olſun*, Deus ſibi complaceat in .., vel acceptum habeat, *formula gratias agendi*, ſic نه اولا *vel* نولا *ne ola*, *ſeu nola*, fiat, pro اولسون *olſun*, (quod etiam dicitur) ſit, fiat, uti & apud Latinos contingit. Et hic rurſus notes Imperativo addi ſæpe interrogativam particulam مى *mi*, ut كتسونى *gitsünmi*, eatnè? كيدەلمى *gideliimmi*, eamusnè? كيدەيمى *gideimmi*? eamnè? qui veriùs potentialis modus eſt, quem aliàs per Futurum redderemus, ibitnè, vel viſnè ut eat? &c.

Diximus pariter C[illegible]tivi tempora poni ſæpe pro Subjunctivi, ut كليدي *gelejdy*, ſi veniſſet aut veniret, *&* [illegible] veniret, *vel* utinam veniret aut veniſſet.

Diximus præterea, præponi conjunctionem كه *ki*, ut, temporibus Optativi. Circa quod obſervandum, hoc كه *ki* etiam eſſe Relativum qui, quæ, quod, ut dictum eſt, &, quomodo conſtruatur aut adhibeatur, explicatum eſt *Part. 3. Cap. 2.* Præterea idem كه *ki* reſpondet conjunctioni noſtræ *quòd*, daß / *che*, que, że. Et quotieſcunque كه *ki* in hac ſignificatione uſurpatur, tunc non petit, niſi raro, Optativum, ſed Indicativum, ut اشتدم كه ايلچى قالقوب كتدى *isittüm ki elči kalküp gitty*, audivi, quòd Legatus diſceſſit, *ſeu* Legatum profectum eſſe. انى شويله اوردم كه اوله يازدي *anī söjle ürdüm ki öle jazdy*, eum ita verberavi, ut vix non mortuus ſit. Primum illud frequenter redditur per Participium in دك *dük*, ut ايلچى قالقدوغنى اشتدكمى *ilči kalktughyni isittün-mi*? audiviſtinè Legatum diſceſſiſſe; cujus plura inferiùs habebis exempla. Noſtrum *quòd* præterea ſignificat aliquando, *quia*, poniturque pro *eo quòd*, & præponitur cauſæ, *ſeu* alteri parti commatis aut periodi. In tali caſu vix reddi poteſt per Participium in دك *dük*, ſed frequentiſſimè illud reddunt per Infinitivum in مكين *megin*, aut per præpoſitiones Infinitivo additas, ut بن طوغرى اولمغين شاهه يردم ايدرم و وزيرلر خاين اولمغين اوغلانه يردم ايدرلر *ben doghru olmaghyn šahe jardüm iderüm we wezirler chāin olmaghyn oghlane jardüm iderler*, ego, quia rectus & fidelis ſum, Regi opem fero, Veſirii autem, *ſeu* Miniſtri, quia perfidi ſunt, puero opem ferunt. *Kyrk.* quod etiam ſic dici poſſet بن طوغرى اولمغله *ben doghru olmaghile*, vel بن طوغرى اولدوغم ايچون *ben doghru oldughum ičün*, اولدوغمدن اوترى *oldughumden ötüri*, اولدوغم لجلدن *oldughum egilden*, propterea quòd ſum rectus, &c.

Conjunctio ergo كه *ki* tantummodò Optativum poſtulat, quando ſignificat *ut*, damit / *acciò che*, afinque, aby / ut اكا بر غروش ويردم كه بر چفت پاپوج الا *an-a bir ghroš wirdüm ki bir čift papuğ ala*, ipſi thalerum dedi, ut par calceorum emeret, *vel* emat. Circa quod *ut* occurrit adhuc notandum, quòd *loco* illius, ſæpè utuntur Turcæ, ſicut aliæ pariter Linguæ, Gerundio, *v. g.* Latino in *dum*, *ſeu* Infinitivo, prout redditur cum præpoſitione ايچون *ičün*, vel in Dativo poſito, *e. g.* سومك ايچون *sewmek ičün*, vel سومكه *sewmege*, ad amandum, *pro* ut amem, ames, &c. zu lieben / quod etiam ſæpiſſimè reddunt سويم ديو *sewem dijü*, quaſi *dicendo amabo, h. e*, ut amem. In quo caſu diligenter eſt obſervandum, quòd illud سويم *sewem*, i.e. Verbum in quacunque ſit perſona, debet in Turcico poni in perſona loquentis, quaſi loquens aut ſcribens diceret illa verba præcedentia, nam ديو *dijü* ponitur *pro* ديوب *dijüp*, dicens, *aut* cum dixiſſem, es, dixi, iſti, &c, *e.g.* نماز قليم ديو جامعه كلمش ايدم *nemāz kylaim dijü ğiāmi-ě gelmiš idüm*, veneram ad Templum, ut orarem, ſonat enim *veneram ad Templum, dicens, ego orabo.* Et ubicunque eſt illud ديو *dijü*, quod ſæpiſſimè adhibetur, ita eſt intelligendum, ut كتابى تيز كوندرك ديو يازدكز *kitābi tez göndürün-dijü jazdün-üz*, ſcripſiſtis, ut citò mitterem librum, *q.* ſcripſiſtis dicendo, proferendo hæc verba, *librum citò mittite.* Sic شويله بويله ايلك ديو جواب ويردي *söjle böjle ejlen-dijü ğewāb wirdy*, reſpondit, ut ſic & ſic faceremus, *aut* nobis ſic & ſic eſſe faciendum, *q.* reſpondit dicens hæc verba, *ſic & ſic facite.* Qui modus loquendi eſt illis longè uſitatiſſimus, nobiſque non parùm difficilis. Dicitur etiam تاكه *ta ki*, ad hoc ut, *&* اولاكه *ola ki*, ad hoc ut, fieri poteſt ut, quæ cum Optativo conſtruuntur. Item بلكه *belki*, fortè, immò, بلكه كلمش اولا *belki gelmiš ola*, fortè jam venerit, *aut* venit.

Con-

Subjunctivi tempora ſerviunt, ut dictum eſt, particulæ اكر *eger*, ſi, ſive ea ſit expreſſa, ſive ſubintellecta. Secundum tamen Præſens ſervit, *ſeu* apponitur certis Verbis, ut اولسه كرك *olſæ gerek*, oportet ſit, & erit, كلسه عجب دكل *gelſe ägeb degül*, non eſt mirum, ſi veniat aut venerit, كلسه اولور *gelſe olur*, ſi veniat, fiet, *h. e.* fieri poteſt, *aut* facile eſt, ut veniat, &c. اولنسه اولادر *olunſæ ewlā dür*, melius eſt ſi fiat, aut ut fiat, *Ll.* اغايه وارسك اولمزمي *aghaja warſan- olmazmi*? nonne poſſes ire ad Dominum? *q.* quare non is ad eum? *vel* eas ad eum. انده هلاك انسه لركتدك ايدي *unda helak itſeler gittündy*, ſi te ibi occidiſſent, actum erat de te. *Eb.* بر كاردر اولسه خوش ايدي *bir kärdür olmaſa choš idy*, factum eſt, ſeu facinus, quod, ſi non admiſſum fuiſſet vel non contigiſſet, melius fuiſſet. *Eb.* اولسه اولمزمي *olſæ olmazmi*, nonne licet fieri, quid ſi fiat? اجازت ويرمسمده فايده اتمز *igiāzet wirmeſemde faide itmez*, etiamſi non dem aut non darem facultatem, nihil podeſt, id utique faciet, &c.

Cæterùm tempora Subjunctivi apponuntur etiam Nominibus & Adverbiis interrogativis extra interrogationem poſitis, uti, & quando id fit in Latinis, ut نقدر ايسه *nekadar iſe*, quantum, *vel* quantumcunque ſit aut fuerit, & ad minimum, ſaltem. قچان كلدي ايسه *kačian geldi iſe*, quando venerit, هر كيم كلورسه كلديسه *her kim gelürſe, geldiſe*, quicunque veniat aut venerit, هر قنغي اولورسه اولسون *her kanghy olurſæ olſun*, qui, *vel* qualiſcunque fuerit, ſit, er ſey wer da will / *Sia chi ſi ſia*, ſoit quel que ce ſoit, bądź ktorykolwiek bedźie. هرنه ايسه *her ne iſe*, quicquid ſit, & ſine هر *her*, نه اولورسه اولسون *ne olurſæ olsün*, *idem*, ſit quicquid ſit, نيجه اولورسه *niğe olurſæ*, quomodo, & quomodocunque ſit, fuerit, fiat, & ſimilia. Quando tamen eſt aliud Verbum regens hæc antecedentia, poteſt optimè hoc reddi per Participium in دك *dük*, ut كيم كلدكني بلورم *kim geldüğini bilürüm*, ſcio quis venerit, نقدر بلدوكين دويدم *nekadar bildüğin dujdüm*, adverti, conjicio, aut reſcivi quantum ille ſciat. Et hinc dicitur قادر اولدغم قدر *kādyr oldughüm kadar*, quantum poſſum, بلدوكم قدر *bildügüm kadar*, quantum novi aut ſcio, ſo viel als ich kan / oder weiß. Et in talibus ſemper ſic. Item Futurum pari modo redditur يتشجك قدر *jetišegek kadar*, vel يتشجك مقداري *jetišegek mÿktāri*, quantum ſufficit, *vel* ſufficiet, quaſi *quantitas ſuffectura*, ut in ſuperiore, *quantitas ſcita*. *Item* كيم بلورنه اولاجغين *kim bilurne olağiaghyn*? Ecquis ſcit, quid ſit futurum? Sic نه ايليجكين بلمز *ne ejlejğegin bilmez*, neſcit quid facturus ſit, & نه ايليه سن بلمدي *ne ejlejeſin bilmedy*, non ſcivit quid faceret. *Eb. T f.* جانن الاجق آدم ارادي *giānin alağiak ādem arardy*, quærebat hominem, qui illi animam eriperet, animam tolleret, &c. Et hîc etiam nota modum loquendi uſitatum per hoc Futurum Participii addito اين *ine*, بچه كلجكينه وندكه واردي *beče geleğegine wenedige wardy*, cùm deberet venire Viennam, Venetias ivit, an ſtatt daß er nach Wienn hätte kommen ſollen / iſt er nach Venedig gereiſet / *in luogo di andar à Vienna, ſe n'andò à Venetia*, au lieu de venir à Vienne, il s'en alla à Veniſe. Co miał do Wiednia przyjáchác / pojáchał do Wenecyey.

Circa Infinitivum aliaque Gerundia & participia, *vide Partem quartam.*

Pro Infinitivo, poſt *volo*, oportet, & hujuſmodi ſignificationis Verba ſæpe etiam ponunt Turcæ Infinitivum, ut كتمك استرم *gitmek iſterüm*, volo ire, كتمك كرك *gitmek gerek*, oportet ire, ſic كتمك لازمدر *gitmek lazimdür*, *Idem.* Poſt *baślamak* incipere & poſt alia ſimiliter Dativum regentia ponitur Infinitivus in Dativo, ut اوقومغه باشلدي *okumagha baślady*, incepit legere.

Poſt Verba autem opinionis aut ſcientiæ, licet per كه *ki quòd* reddi poſſit, ut in Perſicis, & ut in Gallicis per *que*, rariùs tamen id faciunt Turcæ, ſed locato illo Infinitivo Latino in Indicativo addunt poſtea Verbum opinionis, ut كلور صاندي *gelür ſandy*, *vel* كلور قياس اتدي *gelür kyjās itty*, putavit illum venturum, *quaſi dicas*; veniet, putavit. ناز ايدر قياس ايدوب *nāz ider kyjās idüp*, eam, eum amorosè reniti arbitratus *Eb.* بر كچه پارەسيله شكار ايليه صاندي *bir keče pāreſi ile šikār ejleje ſandy*, exiſtimavit ſe fruſto cilicii aucupaturum. *Eb.* Sic كلور تحقيق بلورم *gelur tahkÿk bilürüm*, ſcio certò illum venturum, quod aliàs optimè effertur ſic كلجكين بلورم *geleğegin bilürüm*, & كلجكني بلورم *geleğegini bilürüm*, *idem*, ſcio illum venturum, eodemque modo in præterito كلدوكين بلورم *geldügin bilürüm*, ſcio eum veniſſe, ايلدوكن سكا خبر ويردي *ejledügin ſan-a chaber wirdy*, tibi ſignificavit ſe id feciſſe. *Eb.* Atque ita redduntur ferè omnes Infinitivi latini, quæ per *quòd* reddi

X poſſunt,

poſſunt, aut Germanicè per daß / Italicè per *che*, Gallicè per *que*, Polonicè per ze vel iż. Sunt tamen Verba nonnulla, qua etſi poſſint ita reddi, habent tamen ſæpe alium conſtructionis modum, ut ſunt ديمك *dimek*, dicere, صورمق *ſormak*, & سؤال *sü-âl* i. interrogare, ſciſcitari, quærere, جواب *ğewâb* i. جواب ويرمك *ğewâb wirmek*, reſpondere, يازمق *jazmak*, ſcribere, اشارت *iśaret* i. innuere, ſignificare, *accennare*. Sic enim ſæpe cum illis dicitur, *v. g.* نيجه اولسون ديرسك *niğe olsün dirſin*, ſi dicas, quomodo fiat, ſi quæras aut cogites, quomodo futurum ſit. كوندردكلري ايلچي نه زمان كله و نه خبر كتوره ديركن همان بركون چقه كلدي *gönderdükleri ilči ne zeman gele we ne chaber getüre dirken, heman bir gün čika geldy*, cùm computarent inter ſe aut recogitarent, quandonam eſſet venturus, aut quid novi allaturus Legatus, quem miſerant, ecce tandem quodam die comparuit. *Eb.* عجبا نيلر اولا ديو *âğeba nejler ola dijü*, meditando, aut intra ſe dicendo, quid ille nunc ageret. *Eb.* انشا الله قورتلدق اولا ديوب طورركن *in ša allâh kurtulduk ola dijüp durürken*, dum apud ſe diceret, fortè tandem Deo dante evaſimus, dum ſe liberum exiſtimaret. *Eb.* عجبا اصلي ندر ونه اولا ديوب بقه دوشدي *âğeba aslj nedür we ne ola dijüp baka duśty*, cogitando, aut reſciturus quid cauſæ, aut quid rei eſſet, aſpicere cœpit. نه اولدى ديو سؤال اتدكده *ne oldy dijü süâl ittükte*, ſciſcitatus quid rei eſſet, aut quid contigiſſet, contigerit, بر دشمنم دخي ظهور اندى ديو جواب ويردي *bir duśmenüm dachy zuhür itty dijü ğewâb wirdy*, reſpondit adhuc unum inimicum ſuum in medium produiſſe. احوال نه ايسه بوجانبه اعلام ايليه سز ديو اشارت ايلمشسز *ahwâl ne iſe bü ğiânibe i'lam ejlejeſiz dijü iśâret ejlemiśſyz*, Inſinuâſtis ut nos rerum ſtatum vobis ſignificaremus, *q. innuiſtis, dicentes, qualiſcumque rerum ſtatus fuerit, huic parti ſignificetis*, & ſimilia. Porrò hîc accipe modum loquendi non infrequentem in narratione dictorum vel ſcriptorum ab altero, ديه سيه *dijeſije*, يزه سيه *jazaſyje*, *q.* juxta ejus dictum, prout ipſe aſſerit, ſcribit, quaſi.., *Gall.* A ſon dire, a ſon rapport, a ce qu'il dit, ou eſcrit.

Concordantia Nominativi cum Verbo.

Verbum perſonale poſtulat ante ſe, ut in Latinis, Nominativum *vel* explicitum, *vel* implicitum ejuſdem numeri & perſonæ, niſi quòd, ſi fuerit nomen tertiæ perſonæ in Plurali, cùm jam affixam habeat characteriſticam Pluralis لر *ler*, quæ æquè Verbo convenit, ac Nomini, non eſt opus eam addere Verbo, & ſic videtur eſſe Nomen in Plurali, Verbum autem in Singulari, quod ſæpiſſimè contingit ex allegata ſuperiùs ratione, quòd non admittant quid ſuperflui, ſine quo poſſit mens loquentis aut ſcribentis intelligi. Itaque dicere potes regulariter انلر كتديلر *anlar gittiler*, & انلر كتدي *anlar gitty*, illi iverunt. Propterea etiam diximus, numeros gaudere Nomine numerato, ut & Verbo in Singulari, quia per ſe multitudinem inferunt, ideoque dici optimè poteſt بر قاچ ادم كلدي *bir kač adem geldy*, aliquot homines venerunt. Diximus etiam ſuperiùs, Numerum Pluralem honoris causâ adhiberi, etiam ſi ſermo ſit de unica perſona, ſed ſingulari aut notabiliter digna, ut بزه پادشاه حضرتلري التفات كوستروب وافر احسان اتديلر *bize pâdiśâh hazretleri iltifât göſterüp wâfir yhsân ittiler*. Sereniſſimus Rex, *vel* Imperator nobis honorem exhibuit & multa beneficia præſtitit. Ex quo unico exemplo omnia, quæ de hoc Plurali dicta ſunt aut dici poſſunt, percipere facilè potes.

¶ *In Arabicis Nominativus Verbi concordare cum eo debet in perſona, ſive præponatur Verbo, ſive poſtponatur, ut* الله يحكم *allâhü jæhkümü*, Deus judicabit, علم الله *âlimallâhü*, novit Deus, انت ضربت *ente zærebte*, tu percuſſiſti, نصرت انا *næſartü ene*, adjuvi ego. *Quòd ſi Nominativus præponatur Verbo, concordabit cum eo etiam in Numero, ut* رجلان خلقا *reğiülânî chulykâ*, duo viri creati ſunt, النسوان يغزلن *ennisſwânü iæghzilne*, mulieres nent. *Immò etiam in genere, ſi nomen eſt Singulare vel Duale, ut* الامراة غزلت *el-imrâtü ghazelet*, mulier nevit, الامرتان تغزلان *el-imretâni tæghzilâni*, duæ mulieres nent. *At ſi nomen fuerit in Plurali, licebit vel ea concordare, ut* الرجال هربوا *er-riğiâlü herebû*, viri fugerunt, النساء يغزلن *en-nisâü iæghzilne*, mulieres nent, الاروض ارتجفن *el-urûzu-rteğefne*, terræ contremuerunt; *vel apponetur (dummodo non fuerit Plurale ſanum Maſculinum) Verbum Singulare fœminini generis* الرجال حاربت *er-riğiâlü hârebet*, viri pugnaverunt, النساء هربت *en-nisâü herebet*, mulieres fugerunt, الاروض ارتجفت *el-urûzu-rteğefet*, terræ contremuerunt. *Sed tunc dictus Nominativus ſic præ-*

poſitus

Digitized by Google

poſitus non dicitur regi à Verbo, ſed eſſe baſis & ſubjectum propoſitionis independens à quoquam, ſed à quo cætera dependent, aut quò reliqua referuntur.

Quod ſi Nominativus Verbo poſtponatur tanquam caſus ab eo rectus, debet omninò Verbum eſſe ejuſdem perſonæ, ſed non ſemper erit ejuſdem numeri aut generis, immò Verbum elegantius eſt Singulare, dum Nominativus eſt Dualis vel Pluralis, ut نصر رجلان *naſare regiülâni*, adjuverunt duo viri, & نصر رجال *naſære rigiâlun*, adjuverunt plures viri. *Cum autem nomen eſt Singularis numeri, Verbum ſemper erit ſingulare. Quoad genus concordabunt, ſi nomen fuerit Singulare maſculinum, ut* ابق العبد *ebækæl ẽbdü*, fugit ſervus, *& ſimiliter ſi fuerit Duale, ut* ابق العبدان *ebækæl ẽbdâni*, aufugerunt duo ſervi. *Si autem nomen fuerit generis fœminini non veri, nempe non animal, concordare & diſcordare licebit, ut* ارتجف الارض *irteğefel-erzu*, & ارتجفت الارض *irteğefetil-erzu*, contremuit terra; *& cùm aliquid interjacet inter Verbum & Nominativum, ejus diſcordantia erit elegantior, ſic* ارتجف اليوم الارض *irteğefel jewmel-erzu*, commota eſt hodie terra, *elegantiùs dicitur, quàm* ارتجفت اليوم الارض *irteğefetil-iewmel-erzu. Quod ſi nomen ſit Plurale, cujuſcunque generis, dummodo non ſanum maſculinum, tunc eodem modo Verbum diſponitur quoad genus, ſicut ſi eſſet Singulare fœmininum non verum, ut* قاتل الرّجال *kâteler-rigiâlü, vel* قاتلت الرّجال *kâteletir-rigiâlü*, pugnaverunt viri, & هربت النّساء *herebetin nisâü*, fugerunt mulieres, *vel* هرب النّساء *hereben-nisâü, Idem, ſed hoc poſtremum rariùs uſurpatur. Poterit etiam dici cum Verbo in Plurali* هربن النّساء *herebnen-nisâü*, fugerunt mulieres, &, *ſed minus eleganter*, قاتلوا الرّجال *kâtelûr-rigiâlü*, pugnaverunt viri. *Durius autem cenſent dicere cum Plurali ſano Maſculino* هربت الزّيدون *herebetiz-zejdûne*, fugerunt Zeidi, *ſed dicunt* هرب الزّيدون *herebez-zejdûne. Dici porrò poteſt, ſed ineleganter* هربوا الزّيدون *herebûz-zejdûne*, fugerunt Zeidi.

In Perſicis Nominativus Verbi plerumque præponitur Verbo, cum quo concordat perſonâ & numero.

Conſtructio Verbi Subſtantivi.

Verbum Subſtantivum Turcis eſt ايم *im*, vel ام *em, im*, ſum, سن *ſin*, es, در *dür*, eſt, cujus Infinitivus اولمق *olmak ſignificat* eſſe, *& propriè* fieri, de quo ſat fusè actum eſt *Part. 4. Cap. 3.*

Verbum itaque hoc Subſtantivum & ſimilia, ſi quæ ſunt, quæ apud Latinos ante & poſt ſe Nominativum adſciſcunt, etiam in Turcicis duos Nominativos admittunt, amboſque Verbo præponunt ſuo ordine, primò ſubjectum, tùm prædicatum, ultimò Verbum, quod, ſi ſit در *dür*, eſt, ſæpiſſimè ſupprimitur. *Exempla* الله كريم *allah kerîm*, Deus eſt benignus, قرنداشك يرامز *karyndaşün-jaramaz*, tuus frater eſt malus, وار اول *war ol*, ſis ſanus, اغام اوده دكل *agham ewde değül*, meus Dominus non eſt domi, باباك زنكين اولور *baban-zengîn olür*, pater tuus fiet dives, بابام وزير اولمشدر *babam wezîr olmyştur*, pater meus factus eſt Veſirius, *ſeu* Conſiliarius intimus. Unde in Activo dicunt پادشاه بابامى وزير اتدي *pâdişâh babami wezîr itty*, vel uſit. ايندندي *idindy*, Rex patrem meum fecit, creavit Veſirium, Miniſtrum Statûs, (ايدنمك *idinmek* enim ſignificat etiam *facere*, ſeu, ut in hoc caſu *creare*) Sic اني قرال دكديلر *ani kral diktiler*, conſtituerunt eum Regem. Ubi vides illum ſecundum Accuſativum poni ſemper in terminatione Nominativi, eò quòd ſit quid indeterminatum, ut in Italicis & Gallicis ſine articulo poneretur. *Il Rè hà fatto Conſigliere di Stato mio padre*, & *l'hanno fatto Rè.* Le Roy a fait, ou declaré mon pere Conſeiller d'eſtat. Quod intellige de omnibus aliis Verbis, quæ binos ſic regunt Accuſativos. Nota etiam ex hoc dignoſci ſecundum Nominativum Verbi Subſtantivi, quòd, quando Adjectivum eſt, poſtponatur Subſtantivo, &, quando Subſtantivum eſt, Affixo careat, quod non poteſt eſſe in alia ſignificatione.

Verba autem nuncupandi, quæ in Latinis utrinque Nominativum poſtulant, vix dantur in Turcicis, ſed aliter circumſcribuntur. Pro *vocare*, vel *nuncupare*, dicunt plerumque ديمك *dimek*, ſeu vulgò *demek*, quod in hac ſignificatione nuncupandi regit vocatum in Dativo; unde, ſi velis dicere, *vocatur frater meus Abrahamus*, dices بنم قرنداشمه ابراهيم ديرلر *benüm karyndaşüme ibrâhîm dirler*, vel *derler*, *q.* dicunt meo fratri, *i.e.* vocant meum fratrem Abraham. بو شهره بچ ديرلر *bu şehre beč dirler*, vocatur hæc

Civitas Vienna. Sic بوكا نجه ديرلر *bun-a niğe dirler?* quomodo dicitur aut vocatur hoc? *Item* نچه ديدكلري مملكتدن كلدك *nemće didükleri memleketten geldük*, venimus ex Regno Germania dicto, *ſeu* quod vocatur Germania, نويغراد ديدكلرى قلعديه وار *nowighrad didükleri kal-ěje war*, eas ad Arcem Novigrad dictam. Vel aliter eadem circumſcribunt, ut *in prædictis exemplis* بنم قرنداشمك ادى اسمي ابراهيمدر *benüm karyndašümün-ādi, vel iſmi ibrāhīm dür*, nomen mei fratris eſt Abraham, بوشهرك ادي بچدر *bu šehrün-ādi beč-tür*, hujus Urbis nomen eſt Vienna, بونك ادي نەدر *bunun-ādi ne dur?* quomodo hoc vocatur, *q.* quod eſt nomen hujus? Dicitur quoque ادنه ابراهيم ديرلر *ādine ibrāhīm dir-ler*, vocant nomen ejus Abraham, *&* ابراهيم ديو اد قوديلر *ibrāhīm diju ad ködiler*, *q.* nomen ei impoſuerunt, *dicentes*, Abraham. In *ultimis* autem *exemplis* nota dici poſſe *loco* ديدكلري *didükleri*, ادلو *adlu*, vel نام *nam*, vel نامنده *naminde*, vel ديمكله *dimegile maaruf*, aut معروف اولان *maarūf olan*, ut نچه ادلو مملكتدن كلدك *nemće ādlü memleketten geldük*, *q.* venimus ex Imperio nomen habente Germania, *ſeu* cui nomen Germania. Sic نويغراد نام قلعه يه وار *nowighrad nām kal-ěje war*, eas ad Arcem nomine Novigrad, *aut* نويغراد ديمكله معروف قلعديه *nowighrad dimegile maarūf kal-ěje*, *q.* ad Arcem notam, *dicendo* (nomine) Novigrad, novam Arcem, *vel* aliter.

در *dür* autem expreſſum, ſive ſuppreſſum, adhibetur, cùm perſonaliter decernes *eſt*, er iſt / *è*, il eſt, ieſt / *ſeu* cùm habet expreſſos aut ſubintellectos utrinque Nominativos, *aut* aliquid aliud *loco* ſecundi, ut v. g. *Pater meus eſt domi*, q. *exiſtens in domo*, بابام اوده در *babam ewde dür*: & cùm denotat poſſeſſionem, in quo caſu gaudet Genitivo, ut in Latinis, *e.g.* كيمكدر بو او *kimün-dür bu ew?* cujus eſt hæc domus? بر درزينكدر *bir terzinün-dür*, eſt unius, aut cujuſdam Sartoris. Nam aliàs, *loco* در *dür*, adhibetur illud imperſonale Subſtantivum واردر *wardur*, *vel* وار *war*, *quaſi* exiſtens eſt, es iſt / *vi è*, *c'è*, il y a (niſi id per بولنمق *bulunmak*, inveniri, *trouarſi*, *ritrouarſi*, explicare malis) *e. g.* چوق ادم وارايدي *ćok ādem wār idy* erant vel aderant multi homines. Es waren viel Leuthe da. *Vi erano molti huomini.* Il y avoit beaucoup de monde, بو قلعده دورت طوب واردر انجق *bu kal-ěde dört top wardür angiak*, in hac arce vix, *vel* tantùm quatuor adſunt tormenta bellica. *In queſta Piazza vi ſono appena quattro cannoni.* Il n'y a que quatre pieces de canon dans cette Place. ات وار اتمك وار هرشى وار *et war*, *etmek war*, *her šej war*. Adſunt caro, panis, omnia. Il y a de la viande, du pain, & de toutes choſes. Sic اتمك يوقدر *etmek ioktur*, non eſt panis, es iſt kein Brod da / *non c'è pane*, il n'y a point de pain, nemáß chlebá. اوده كمسه يوقدر *ewde kimſe joktür*, non eſt domi quiſquam, es iſt niemand zu Hauß / *non c'è alcuno in caſa*, Il n'y a perſonne au logis, nie máß nikogo domá. At بابام اوده دكل *babam ewde degül*, meus pater non eſt domi, quia jam non poſſes dicere, Italicè aut Gallicè, *non v'è mio Padre in caſa*, il n'y a pas mon pere au logis, ſed dicendum *mio Padre non è in caſa*, mon pere n'eſt pas au logis.

Sed hoc وار *war*, *ſeu* واردر *wardür*, adhibetur præterea pro latino, *habeo*, *habes*, *&c.* cui nimirum in toto correſpondens Verbum non habent Turcæ. Regit autem Genitivum cum affixis ut explicuimus *Part. 4. cap. 5.* & ex ſequentibus exemplis patet. قلمم يوقدر نجه يزايم *kalemüm ioktür niğe iazaim*, non habeo calamum, quomodo ſcribam? اتمكوك وارايسه يه *etmegün- war iſe je*, ſi panem habes, comede بر اتم اوليدي *bir atüm olaidy*, ſi haberem equum, *vel* ó ſi, utinam haberem, *vel* habuiſſem equum, اول زمان كوزل التونلرم وارايدي *ol zemān güzel altünlerium war idi*, eo tempore, tunc habebam egregios aureos, &c.

¶ *De Verbo Subſtantivo Arabico* كان *kāne*, fuit & factus eſt, *multa jam dicta ſunt* part. 4. cap. 3. *uti illud ſæpiſſimè ſupprimi non ſolùm in tertiis Præſentis perſonis, ſicut etiam in latinis ferè fit, ſed in omnibus ferè aliis temporibus & modis, perſonis ac numeris: item loco illius uſurpari ſæpe Pronomen Relativum demonſtrativum* هو *hüwe*, ipſe, & ipſe eſt, erat, &c. هى *hije*, ipſa, & ipſa eſt, erat, &c. *juxta exigentiam ſenſûs, alibi, ni fallor, innui, & ex variis hactenus allatis exemplis percipere potuiſti, ſimul & advertere, quòd, quando pro prædicato ſeu ſecundo Nominativo eſt Adjectivum, deſtituitur articulo, etiamſi ſubjectum ejus ſeu primus & verus Nominativus habeat articulum, ut* اللهُ كريمٌ *allāhü kerīmün*, Deus eſt beneficus, &c.

Dictum

Dictum pariter eſt loco citato, quòd quando ſignificatur inexiſtentia, ſive ponatur pro Turcico دور *dür, ſive pro* واردر *wärdür, eodem modo ſupprimi aut exprimi debeat, & quando denotatur poſſeſſio, vel etiam deberet aut poſſet reddi per noſtrum* habeo, *conſtrui debeat cum particula poſſeſſionis* ل *li regente Genitivum, ut* الكتاب لزيد *el-kitābü li zeidin*, liber eſt Zeidi, & Zeidus habet librum, *ſic* لمؤلفه *li müellifihi*, eſt ipſius authoris, compoſitio eſt authoris, *v. g. cùm in libro ſuo ponit aliquis Author proprium carmen, ne ſcilicet aliunde petitum videatur.*

Scias autem Verbum كان *kāne, prout eſt Verbum Arabibus* ناقص *nakys dictum, hoc eſt* deficiens, *& ad ſenſûs integritatem duo requirens nomina, ut in latinis duos Nominativos, quaſi prædicatum & ſubjectum, quæ inter ſe copulare videtur, ſequenti modo conſtrui. Subjectum ſcilicet ponitur juxta regulam generalem in Nominativo, prædicatum autem in Accuſativo, planè ut in Polenicis, ut ex Erpen.* الله كان قديرا *allāhü kāne kadiren*, Deus eſt potens, *& ex Guadag.* كان زيدٌ قايماً *kāne zejdün kāimen, etiam* كان قايماً زيدٌ *kāne kāimen zejdün*, fuit, *vel* erat Zeidus ſtans. *Quod ſi ſimpliciter uti tranſitivum uſurpetur, dicitur* كان الامر *kānel-emrü*, fuit, factum eſt, extitit negotium, vel res, *& tunc non cenſetur deficiens.*

Talia autem Verba deficientia & eodem modo conſtruenda, ſunt etiam ليس *lejſe*, non fuit, non eſt, *& habet tantùm voces præteriti:* صار *sāre*, factus eſt, evaſit, *in Futuro* يصير *jaṣīru*, ما زال *mā zāle*, non ceſſavit, ماانفك *mā infekke*, non deſtitit eſſe, *Fut.* ماينفك *mā jenfekkü:* ما فتئ *mā fetie*, non defecit, *Fut.* مايفتاء *mā ieftāü:* ما برح *mā berybæ*, non deſiit eſſe, ما دام *mā dāme*, quandiu fuit, *Item* امسى *emsā*, ſerò fuit, *Fut.* يمسى *jumsī*, *Infin.* امساء *imsāen:* بات *bāte*, pernoctavit, nocte fuit, *Fut.* يبيت *iebītü*, *Infinit.* بيتوتة *bejtūteten:* ظل *zælle*, die fuit, *Fut.* يظل *jæzyllu*, *Inf.* ظلولا *zulūlen:* اصبح *æsbæha*, manè fuit, *Fut.* يصبح *iæsbyhu*. *Inf.* اصباحا *yſbāhen*, اضحى *æzhā*, meridie fuit, *Fut.* يضحى *juzhȳ*, *Inf.* اضحاء *yzhāen*. *Quorum exempla ſint* ليس زيدٌ نايماً *lejſe zejdün nāimen*, non eſt Zeidus dormiens: صار عثمان مسلما *sāre ōſmanü müslimen*, factus eſt Oſmanus orthodoxus: ما زال زيدٌ عالماً *mā zāle zejdun ālimen*, non deſtitit Zeidus eſſe doctus: ما انفك عمرٌو جالساً *mā infekke, menfekke æmrün ğiālıſen*, non ceſſavit Zeidus ſedere: ما فتئ بكرٌ محسناً *mā fetie bekrün muhſinen*, non ceſſavit Bekrus benefacere: ما برح خالدٌ كريماً *mā beride chālidün kerīmen*, non deſtitit Chalidus eſſe liberalis: اجلس مادام زيدٌ جالساً *eğlisü mā dāme zejdün ğiālıſen*, ſedebo quandiu Zeidus ſedet: احبّ الله ما دامت حياتي *æhybbüllahe mā dāmet hæjātī*, diligam Deum quandiu durabit vita mea. *Sic* امسى الظلّ طويلاً *emſez-zyllü tæwīlen*, veſpere fuit umbra longa, بات عمرٌو ساهراً *bāte æmrün sāhiren*, pernoctavit Amrus inſomnis: ظلّ زيدٌ صايماً *zælle zejdün sāimen*, diem duxit Zeidus jejunus: اصبح البرد شديداً *æsbahæl-berdü šedīden*, manè fuit frigus vehemens: اضحى الحرّ محرقاً *æzhæl-hærrü muhrykan*, meridie fuit calor æſtuoſus.

Interdum præfigitur prædicato Verbi ليس *lejſe particula* ب *bi, & tunc non connotatur tempus Præteritum, ſed ſenſus eſt abſolutus, æquè ac ſi diceretur per particulas* ما *mā*, vel, لا *lā*, non, *ut* ليس يوسف بجاهلٍ *lejſe jūsüfü bi ğiābilin, idem eſt ac* ما يوسف بجاهلٍ *mā jūsüfü biğiābilin*, vel لا يوسف بجاهلٍ *lā jūsüfü bi ğiābilin*, non eſt Joſeph ignarus, *vel* inſipiens, *quod etiam dici poteſt* ما يوسف جاهلاً *mā jūsüfü ğiābilen, &* لا يوسف جاهلاً *lā jūsüfü ğiābilen; hæ enim duæ particulæ negativæ nasbant prædicatum adinſtar Verbi* ليس *lejſe, ſed, ſi prædicatum præponatur ſubjecto, non ampliùs illud nasbant, ſed dicitur* ما جاهلٌ يوسف *mā ğiābilün jūsüfü; neque verò nasbatur prædicatum, quando poſt* ما *mā adjicitur particula* ان *in, ut* ما ان احمد صادقٌ *mā in æhmedü sādykun?* non eſt utique Ahmedus verax? *neque, cùm negatio retractatur per particulam exceptivam* الّا *illā, ut* ما زيدٌ الّا منطلقٌ *mā zeidün illā muntælykun*, non eſt Zeidus niſi diſcedens, &c.

Similiter

Similiter مادام *mādāme*, quandiu fuit, permanſit aut duravit, *adhibetur tantùm in Præterito, aliàs* دام *dame*, permanſit, duravit, *in Futuro* يدوم *jedūmü*, durat, perdurat, perdurabit, دوامه *dewāmen*, durare, perſeverare *eſt Verbum ſimpliciter intranſitivum, & conjugatur ut* قال *kāle.*

Fiunt autem ex pleriſque his Verbis deficientibus compoſita ſecundæ Conjugationis, ut كون *kewwene*, fecit eſſe, generavit, creavit, صير *ſæjjere*, evadere fecit, effecit, reddidit, مسى *meſsā*, ſerò eſſe fecit, بيت *bejjete*, pernoctare fecit, *& ſic de aliis, quæ omnia conſtruuntur cum duobus Accuſativis ad inſtar Verborum cordis, de quibus infrà, ut* صير الله زيداً نصرانياً *ſæjjerallāhu zejden næſrānijen*, fieri fecit, *ſeu* effecit Deus Zeidum Chriſtianum, *& in Paſſivo* صير زيدٌ نصرانياً *ſujjire zejdün næſrānijen*, factus eſt fieri, redditus eſt, curatus eſt Zeidus Chriſtianus, *i. e.* factum eſt, ut fieret Chriſtianus.

Hoc denique modo conſtruuntur Verba nuncupandi, ut ابنه يسمى محمداً *ibnūhu jüſemmā muhæmmeden*, filius ejus vocatur Mahometes.

Perſæ raró quidquam reticent, ſed & ipſum Verbum Subſtantivum plerumque exprimunt. Quod ſi tanquam auxiliare fuerit propter duo Verba repetendum, tunc ut plurimùm primo tantùm apponitur, cujus aliàs contrarium faciunt Turcæ, ut دست تطاول بمال رعيت دراز كرده بود و جور و اذيت اغاز كرده *deſti tetau ül bemāli reʿijjet dirāz kerdi būd we ǧewrü eżijet āghāz kerde*, pro كرده بود *kerde būd*, manum iniquitatis in ſubditorum bona extenderat & injuriis ac vexationibus eos exagitare cœperat, quod Turca potiùs diceret دراز اتمش وجوره باشلمش ايدي *dirāz itmiš u ǧewre bašlamiš idy*, reſervando auxiliare ad ultimum, quanquam Turcicè primum illud optimè per Gerundium in وب *üp* exprimatur, دراز ايدوب *dirāz idüp*, &c. Sic دهقاني جهت ذخيره مقدار غله نهاده بود و ابواب تصرف دران مسدود كردانيده *dihkāni ǧihet i zæchīre myktari ghælle nihāde būd we ebuabi teſærrūf der ān mesdūd gerdānīde* (ſubauditur بود *būd*) Quidam villicus per modum proviſionis certam quantitatem frumenti repoſuerat in horreum, portaſque uſûs illius obſeraverat, quod ſic non minùs elegánter Turcicè redditur in libro *Humājūn nāme* dicto, بر دهقان انبارنده بر مقدار غله پنهان ايدوب دست تصرفي اندن رد و ابواب تمتعي سد اتمشدي *bir dihkān embārinde bir myktār ghælle pinhān idüp deſti teſærrüfi andan redd we ebwābi temettu-ʿi ſedd itmiširy* (ubi auxiliare اتمشدي *itmišidy* pertinet æquè ad رد *redd* ac ad سد *ſedd.*)

Cæterùm cùm ſignificatur poſſeſſio, ut in Latinis, ita in Perſicis conſtruitur Verbum Subſtantivum cum Genitivo in را *ra*, niſi velis eſſe potiùs Dativum, prout dicitur particula ل *li* Arabica nota Dativi, quæ tamen, cùm denotet dominium & poſſeſſionem, mihi videtur potiùs dicenda Genitivi & Dativi ſimul. Sic dicitur كراست اين كتاب *kiraſt* (*pro* كرا است *kirā eſt*) *in kitab*? cujus eſt hic liber? كرا مجال مقالت باشد *kirā meǧāli mekālet bāšed*? cujus ſit audacia loquendi, *aut* cui erit animus loquendi, *&* quis proloqui audeat? Sic شاه فرمود تا هركه تير از حلقهء انكشتري بكذراند خاتم اورا باشد *šāh fermūd tā herki tīr ez hælkæi engüšteri büguzārān-d chātem ora bāšed*, imperavit Rex, ut quicunque ſagittam per annuli circulum, *ſeu* foramen trajiceret, annulus ipſius eſſet, *ſeu* annulum præmium haberet. Cùm autem Perſæ habeant Verbum ejuſdem ſignificationis cum noſtro *habeo*, nempe داشتن *dāšten*, habere; tollitur tota illa difficultas, quæ oſtenſa eſt in aliis duabus Linguis Turcica & Arabica Verbum ejuſmodi non habentibus, noſq; aliquantiſper detinuerat. Sic dicunt چه حال داري *čɪ hāl dārī*, vel in Plurali چه حال داريد *čɪ hāl dārīd*, qualem ſtatum habes, habetis? Turca autem & Arabs per Verbum Subſtantivum reddunt نه درحالكن *ne dür hālün*, vel نه درحالكز *ne dür hālün-üz*, vel ſimpliciter نه درحال *ne dür hāl*, & Arabs اش حالك *eš hāluke*, vulg. *eš halek*, qualis eſt ſtatus tuus? *quod nos diceremus*, quomodo vales?

Conſtructio aliorum Verborum.

Verba Tranſitiva, *ſeu* Activa pleraque regunt Accuſativum, qui Accuſativus, niſi ad diſtinctionem ſignificationis determinari debeat, eſt idem cum Nominativo, ut ſæpe dictum eſt. Sic dicitur ات الماق *et almak*, emere, *vel* accipere carnem, *& at almak*, emere, accipere equum, اتمك يمك *etmek jemek*, comedere panem, quando ſcilicet in

Italico

Italico nullus eſt articulus, aut certè articulus *uno*, aut Genitivus, ut hîc, *comprar carne, comprar un cauallo, mangiar pane, ò del pane. Gall.* achepter de la chair, un cheval, manger du pain, &c. بركمسه ايله توز اتمك يمك *bir kimſe ile tuz etmek jemek*, panem cum aliquo & ſalem comedere, convivere, برلقه اتمك ويرمدي *bir lokma etmek wirmedy*, buccellam panis non dedit, اللهي سومك *allâhi ſewmek*, Deum amare, *amar Dio*, aimer Dieu, بو اتي الدم *bu ati aldüm*, hunc equum emi, *hò comprato queſto cauallo*, j'ay cheptè ce cheval; ſunt enim hîc determinati caſus. Sic & كتوردكك اتمكي يدم *getürdugün etmegi jedüm*, comedi panem, quem attuleras. Hæc ergo determinatio, *ſeu* exigentia *ئ* ي *ī*, *pro* Accuſativo, fit, cùm Nomen habet Affixum, aut Pronomine relativo aliove additio determinatum eſt, ut & nomina propria & pronomina primitiva cenſentur determinata, unde dicitur اتمي صاتدم *atümi ſattüm*, vendidi meum equum, اتمكن يدي *etmegin jedy*, & اتمكني يدي *etmegini jeay*, comedit ſuum panem, بواتي الورميسن *bu atı alurmiſyn?* emeſnè hunc equum? داودي كوردكمي *dawûdı gördün-mi?* vidiſtinè Davidem? بني سورميسن *beni ſewermiſyn*, amasnè me? Dicitur etiam بوني اقتضا ايدر *buni yktyzâ ider*, hoc, hanc rem requirit, exigit.

Verba autem, quæ in Latinis præter Accuſativum Dativum etiam poſtulant, idem faciunt in Turcicis, ut بن سكا برات بغشليم *ben ſan-a bir at baghyšlaım*, ego tibi donabo equum, وير بكا شوكتابي *wir ban-a šu kitâbi*, da mihi hunc librum, &c.

Multa ſunt præterea Verba quæ Dativo gaudent, ut بقمق *bakmak*, نظر ايتمك *nezaretmek*, & نكران اولمق *nigerân olmak*, aſpicere, بكا بق *ban-a bak*, aſpice me, *q.* reſpice ad me. Sic باشلمق *bašlamak*, inchoare, incipere, exordiri, قيمق *kyjmak*, perdere, occidere, & offendere, lædere, بكزمك *ben-zemek*, ſimilem eſſe, *raſſomigliare*, reſſembler, دكمك *degmek*, tangere, pervenire, valere, صغنمق *ſyghynmak*, confugere, anniti, *ricouerarſi, ritirarſi, appoggiarſi, confidarſi*, قچنمق *kačinmak*, confugere, ا مراجعت *murâgeât* e. refugere, appellare ad.., ا التجا *iltigiâ* e. confugere, anniti, ا تعجب *teâggiüb* e. mirari, & ſimilia, حيران او *hejran* ol. متحير او *mutehajir* ol. mirari, ſtupere, يتمك *ietmek*, يتشمك *ietišmek*, ſufficere, parem eſſe, & pervenire, aſſequi, ايرمك *irmek*, ايرشمك *irišmek*, pervenire, aſſequi, ا قتله حكم *katle hukm* e. damnare ad mortem, *dar ſentenza di morte*, طوقنمق *dokunmak*, tangere, attingere, ياپشمق *japıšmak*, prehendere, apprehendere, tangere, & aggredi, اولاشمق *ulašmak*, pervenire, attingere, contingere, contrectare, ديمك *demek*, dicere, & nuncupare, ut اكا ابراهيم ديرلر *an-a ibrâhîm dirler*, vocant eum, ſeu vocatur Abraham, يرامق *jaramak*, prodeſſe, valere, نيه يرار *neje jarar*, ad quid valet, prodeſt? ارزاني قلمق *erzâni kylmak*, concedere *acc. rei. dat. perſ.* غالب او *ghalib* ol. vincere, ſuperare, *conſtr. & cum* اوزره *uzre perſonæ*, صورمق *ſormak*, & ا سؤال *suâl* e. quærere, ſciſcitari, *ſed & cum acc. & abl. uſit & cum* ديو *diju, ut ſuprà pag. 161.* اوكرتمك *ögretmek*, ا تعليم *tâlim* e. docere *cum acc. rei & dat. perſ. ut* بزم مرادمز سزلره غيري يوزدن التفات ايدوب اوزكه تماشا صنعت اوكرتمك ايدي *bizüm mürâdümüz ſizlere ghejri jüzden iltifât idup özge temâšâ ſan-ât ögretmek idy.* Intentio mea erat tibi alio modo honorem exhibere teque alias mirabiles artes edocere. *Eb.* ا اعتبار *yatibâr* e. obſervare, æſtimare, قاقيمق *kakymak*, iraſci, & increpare, *ſgridare*, صاتشمق *ſatašmak*, راست كلمك *raſt gelmek*, دوش كلمك اولمق *düš gelmek, düš olmak*, مقابل او *mukâbil* ol. occurrere, obvium habere, incidere, *inconstrarſi, incontrare*, ا استقبال *iſtykbâl* e. obviam procedere. ا حسد *hæſed* e. invidere, ا انكار *inkar* e. negare, ا تصديق *tæſtyk* e. affirmare, verum agnoſcere & profiteri, ا صبر *ſæbr* e. ا تحمل *tehæmmül* e. ſufferre, tolerare, patienter ferre, طاقت كتورمك *taket getürmek*, ſufferre, & ſufficere, parem eſſe, ا سعي *ſæj* e. ا جهد *gehd* e. ا كوشش *košiš* e. چالشمق *čialyšmak*, allaborare, anniti, conari, ا شغل *šughl* e. ا اشتغال *ištighâl* e. او مشغول *mešghûl* ol. attendere, operam impendere, applicare ſe, ا تقيد *tekæjjud* e. او تقيد اوزره *tekæjjüd üzre* ol. او مقيد *mukæjjed* ol. diligenter attendere, applicare ſe, alligare ſe, *conſtr. etiam cum* ايله *ile*, *rei etiam cum* ده *de*, & اوزره *üzre*, & بابنده *bâbinde*, *uti etiam* ا سعي ودقت *ſæjü dykkæt* e. ا سعي واهتمام *ſæjü ihtimâm* e. & *ſimilia*, curare, allaborare, diligentiâ uti ad.., ا اقرار *ykrâr* e. confiteri, & promittere. ا اعتراف *yatirâf* e. confiteri, agnoſcere, ا عهد *âhd* e. promittere, ا اجازت *igiâzet* e. & *uſit.* اجازت ويرمك *igiâzet wirmek*, permittere, دوشمك

Digitized by Google

دوشمك *düsmek* , او واقع *wākyᵃ* ol. او مبتلا *mubtelā* ol. incidere in.. خبر ويرمك *chaber wirmek* , بلدرمك *bildürmek* , ſignificare, cum ſynonymis , ا حجاب *hyĝiab* e. pudere, ut ديمكه حجاب ايدردي *dimeĝe hyĝiab iderdy* , pudebat eum dicere. ياقمق *iakmak* , accendere, comburere, & يانمق *ianmak* , accendi, comburi , *cum* اتش *ātes* , ſic آتشه يقدي ياندي *āteśe iakty* , *iandy* , igne combuſſit, arſit. *Item* ياقشمق *jakyśmak* , decere, quadrare , اورمق *urmak*, *vul. wurmak*, & in eadem ſignificatione چالمق *ćalmak* , percutere, conſtruuntur quidem cum Dativo , ut باشنه اوردي *baśine urdy* , percuſſit caput ejus , *gli diede sù la teſta* , [illegible] ſed ſic tantùm fit, quando locus, quem quis percuſſit, deſignatur, quod nos quoque dicere poſſemus per præpoſitionem aut in Dativo, ut in exemplo allato. Aliàs cum gemino caſu باشني ديواره اوردي *baśiny diwāre urdy* , offendit caput ad parietem , impegit caput parieti. اكا اكنه اورلر *an-a igne ururler*, infigunt illi acum , pungunt acu , اكا بر يومرق اوردي چالدي *an-a bir jumruk urdy* , *vel ćaldy* , impegit illi pugnum , pugno illum percuſſit, *gli hà dato un pugno*, il luy a donné un coup de poing , يوزنه بر طبنجه چالدي *jüzine bir tabanĝia ćialdy* , alapam faciei ejus impegit, *gli diede una guanciata* , il luy donna un ſoufflet ſur la ioüe , بر سله اكا اوردي *bir ſille an-a urdy* , impegit illi colaphum , ſic بر دپنه اوردي *bir tepne urdy*, calce illum feriit, *gli diede un calcio*, il luy donna un coup de pied , اكا بر ايوجه كوتك دكنك چالدي *an-a bir ejüĝe kötek* , *degenek ćialdy* , eum egregiè virgis , fuſte excepit. Er hat ihm ein guten Schilling/Prügel gegeben. *Gli diede una buona fruſta, ò baſtonata.* Il luy donna un bon foüet, ou de bons coups de baſton. اكا بر قلج اوردي كه *an-a bir kylyĝ urdy ki* , taliter eum gladio feriit, ut.., *gli diede tali ſablate, che..*, il luy donna de tels coups de ſable, que... Et hæc omnia in Paſſivo optimè redduntur per يمك *jemek*, comedere , *pro* recipere , ut بر طبنجه يدي *bir tabanĝia jedy* , colaphus illi impactus eſt , colaphum recepit , & ſic de aliis , بر سله بر كوتك دكنك دپنه قلج يدي كه *bir ſille* , *bir kötek* , *bir degenek* , *bir tepne* , *bir kylyĝ jedy ki...* , talem accepit, paſſus eſt colaphum , fuſtem , calcis ictum ; frameæ ictum, ut... *Hebbe tali ſchiaffi, guanciate, fruſte , baſtonate, calci, colpi di ſabla, che...*, Il receut, ou eut de tels ſoufflets, coups de baſton, de pied, d'eſpeé, que.., &c. Nota etiam hunc modum loquendi cum hoc Verbo بونلره كندوي بلمزه اوردي *bunlara gendüi bilmeze urdy* , his ſe oſtendit quaſi eos non nôſſet, ſimulavit hos ſibi ignotos eſſe, ſic اشدوب اشتمزه اورمز *iśidüp iśitmeze urmaz* , quæ audit non fingit aut ſimulat ſe non audire. *Tes.*

Item Dativo gaudent omnia ferè Verba ex Participiis Arabicis Activis & ex اولمق *olmak* conflata, ut او برنسنهيه طالب *bir neſneje tālib* ol. aliquid petere, quærere, ambire, alicui ſtudere, licèt ا برنسنهء طلب *bir neſne i taleb* e. in eadem ſignificatione dicatur. Talia ſunt او راغب *rāghyb* ol. appetere, deſiderare, او ناظر *nāzyr* ol. aſpicere, *&* cuſtodire, attendere, aſſiſtere, او مستحق *muſtæhakk* ol. mereri, demereri, dignum eſſe, او لايق *lāik* ol. convenire, dignum eſſe, او قادر *kādyr* ol. poſſe, او واصل *wāſyl* ol. *quod &* وصول بولمق *wusūl bulmak* , او داخل *dāchyl* ol. pervenire, *arriuare, capitare* , او نايل *nāil* ol, conſequi , او حامله *hāmile* ol. prægnantem eſſe, *eſſer grauida di..* , او راضي *rāzȳ* ol. acquieſcere , *conſtruitur etiam cum Ablativo*, *ut* سزدن الله راضي اولسون *ſizden allāh rāzȳ olsün* , ſit Deus ex vobis contentus ; *formula gratias agendi* او مالك *mālik* ol poſſidere , او قانع *kānyᵃ* ol. *quod &* ا قناعت *kanā-ǣt* e. ſatis habere, contentum eſſe aliquâ re. ا مفيد *müfid* ol. prodeſſe, proficuum eſſe , او موجب *mūĝib* ol. او باعث *bā-ȳs* ol. او سبب *ſebeb* ol. cauſam eſſe, autorem eſſe , او واقف *wākyf* ol. gnarum eſſe , reſcire , experiri , & plurima ſimilia. Sic etiam Perſica او سزاوار *ſezāwār* ol. convenire , condignum eſſe, او جست *ĝiüſt* ol. promptum eſſe, او سست *süſt* ol. remiſſum , languidum eſſe, ut معصيته جست اولور عبادته سست *mæſyjete ĝiüſt olur ȳbādete süſt*, ad peccandum promptus , ad ſerviendum Deo remiſſus eſt , بن فقيره دستكير اولدي *ben fækȳre deſtgir oldy* , mihi miſero , pauperi , dextram porrexit, ſuovenit. Ponitur etiam Infinitivus Verbi in Dativo ante omnia hæc Verba , ut كتمكه راغب اولدي *gitmeĝe rāghyb oldy* , deſideravit ire , ſic اولادلرين تسليمه راغب و خواهان اولدي *ewlādlerin teslime rāghybü chāhān oldy* , intentionem ac deſiderium habuit ipſi prolem ſuam tradendi. *Se.*

Nota autem , Participia illa poſſe conſtrui annexivè cum Genitivo , & tunc Verbum auxiliare ad finem remittendum , ut alibi dixi , *v.g.* او طالب علم *tālibi ȳlm* ol. pro علمه او طالب *tālib* ol. ſtudere ſcientiæ.

Non

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Conjugatione Verborum. Nota etiam modum loquendi مكتوبكز كلمزدن بش كون مقدّم *mektübün-uz gelmezden beš gün mukaddem*, quinque diebus antequam veniret veſtra epiſtola. Sic وفاتندن ايكى أي صكره *wefatinden iki aj ſon-ra*, tribus menſibus poſt obitum ejus. *Ll.*

¶ *In Arabicis reſpondetur per* مذ *müz*, vel منذ *münzü*, *minzü*, *de quibus in* Etymologia, *& per* من *min*, à, ab, ex, &c.

Perſæ vel per از *ez*, vel per كه *ki*, ut Turcæ.

Ad quæſtionem quàm procul? ſeu cùm quæritur diſtantia loci, quod aliter ac nos faciunt Turcæ. Dicunt enim فلان ير نقدر اراقدر بوندن *fulān jer nekadar iraktur bundan*, (اوزاقدر *uzaktur*) *vel* بوندن اراقيدر *bundan irakmidür*, quantum diſtat talis locus abhinc, quàm procul hinc? vel فلان يردن فلان يره قاچ ميل وار *fülān jerden fulān jere kač mil war*, *vel* قاچ ميل يولدر *kač mil joldür*, quot milliaribus diſtat hic ab illo locus? Sic قاچ ساعتلق يولدر *kač sā-ætlyk joldür*, quot horarum iter eſt? قاچ كونلك يولدر *kač günlik joldür*, quot dierum iter? Reſpondetur اراق دكل *irak degül*, *vel* اوزاق دكل *uzak degül*, non eſt procul, vel per Nominativum اوچ ميل يردر *uč mil jer dür*, tribus milliaribus diſtat, ſic ايكى ساعتلك يولدر *iki sā-ætlik joldür*, duarum horarum iter eſt, اوچ كونلك يولدر *uč günlik joldür*, *aut* اوچ قوناق يردر *uč konak jer dür*, trium dierum iter eſt. خيليجه وار *chajliğe war*, *vel* خيلى يولدر *chajli jol dür*, ſatis magna eſt diſtantia, ſat procul. اراجق *irağık*, اوزاجق *uzağık*, *&* اوزاقچه *uzakče*, nonnihil procul, longiuſcule, ادرنه يه ايكى كونلك يولده *edreneje iki günlik jolda*, in diſtantia duorum dierum ab urbe Adrianopoli, *à due giornate di Adrianopoli.*

Arab. reſpondetur per Accuſativum. Perſ. per Nominativum, & per Compoſita.

Ad quæſtionem quomodo? نيجه *niğe*, reſpondetur aut adverbialiter per ايله *ile*, رعايت ايله *vel* رعايله *ry-ājet ile*, رعايت برله *ry-ājet birile*, *&* رعايةً *ry-ājeten*, honorificè, cum honore, honoris ergo, *vel* causâ, ال ايله *el ile*, manu, كندو الله *gendü elüm ile*, propriâ, meâ manu, عينيله *ājni ile*, planè eodem modo, ſic عينيله اول يرده *ājnile ol jerde*, in eodem planè loco, *in quel medeſimo luogo*, عشقله ينار *āškyle janar*, ardet amore: ac ſæpè ſic redditur cauſa, انك سببيله *anün-ſebebi ile*, ejus causâ, quod etiam per Ablativum انك سببندن *anün-ſebebinden*, ipſius causâ, اول سببدن *ol ſebebten*, ea de cauſa, اندن اوتري *andan ötürü*, *idem*, eapropter, انك ايچون *anün-ičün*, *idem*, propterea, اول اجلدن *ol eğilden*, ea de cauſa, propterea. Sic dicitur اوكه سندن نطقى طوتلدي *ükeſinden nutky tutuldy*, præ ira non potuit loqui. & in hac ſignificatione illud *præ* ſemper ſic per Ablativum redditur, ut فغانلرندن طورلمز اولدي *fighānlerinden durulmaz oldy*, præ eorum clamoribus ſubſiſti ampliùs non poteſt, ſubſiſtere nemo poteſt. *Non ſi può più ſtare dalle, è per le loro grida, ò lamentationi.* Aliàs quando *præ* ſignificat *reſpectu*, *vel in comparationem*, tunc ex Arabico dicunt اكا نسبتا *an-a niſbeten*, præ illo, in comparatione *vel* reſpectu ipſius, & اكا نسبت *an-a niſbet*, *idem*, *ac* in deſpectum ipſius.

¶ *Modus autem Arabicè exprimitur cum præpoſitione* ب *bi*, *vel plerumque adverbialiter per Accuſativum*, *ut* برعاية *biry-āietin*, *vel* رعايتا *ry-ājeten*, honorificè, honoris ergo, زيدٌ في الدّار قايما *zejdün fid-dāri kāimen*, Zeidus eſt in atrio ſtans, *q.* ſtanter, ضربت زيدا قايما *zarebtü zejden kāimen*, percuſſi Zeidum ſtantem, dum ſtaret, *q.* ſtanter, *ſic* لقيت راجلا رجلا *lækajtü rāğilen reğülen*, occurrit mihi pedeſter vir quidam, pieſo/piechora. *Et hoc Arabes vocant* الحال *el-hāl*, diſpoſitionem, ſtatum, modum, aut circumſtantiam, qualitatem, &c. *Quod autem redderemus per Ablativum, aut per* quoad, ratione, reſpectu, *ipſi eodem modo per nudum Accuſativum efferunt*, *ut* طاب زيدٌ نفسا *tābe zejdün nefſen*, bonus eſt Zeidus, quoad animam, زيدٌ طيّبٌ ابا و ابوّة و دارا و علما *zejdün tæjjibün eben we übüwweten* (*ebüten*, *Guadagn.*) *we dāren*, *we jlmen*, Zeidus bonus eſt patre, paternitate, domo, & ſcientiâ, *ſic ex Erpen.* لامات يسوع الالهيّة بل مات ناسوتا *lā māte jesu ū ilāhījjetin bel māte nāsūten*, Non mortuus eſt JESUS ratione naturæ divinæ, ſed mortuus eſt ratione naturæ humanæ, *Item* و في اصبعه خاتمٌ ذهبا *we fi æſbæ-yhi chātimün zeheben*, & in digito ejus annulus aureus, *quod frequentiùs dicitur cum annexione*,

GRAMMATICÆ TURCICÆ

PARS SEPTIMA

De Proſodia & Arte Metrica.

TUrcæ, ut ſunt eloquentiæ ſtudioſiſſimi, nullum non tropum figuramve Rhetorices adhibent ad exornandos ſuos libros aut ſcripta uſque ad hyperbolem amplificanda. Nec enim ſolùm ex circumſtantiis illo trito verſiculo noſtro *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando* comprehenſis rem ſuam aut orationem amplificant, ſed ferè ſingulis Nominibus Subſtantivis apponunt epitheta ſive ſimplicia, ſive compoſita, ut ſunt illa ex duobus Subſtantivis Arabica & Perſica, ludunt identidem in Verbis, ſententias, ſimilitudines interimiſcent, &, ut dixi, figuris tropiſque utuntur paſſim ad commotionem aut delectationem adhibitis. Tales ſunt interrogatio, apoſtrophe, repetitio, exclamatio, hypotypoſis, gradatio, ſuſtentatio, antitheta, ethopæja, communicatio, proſopopæja & ſimiles. Item frequenter ab eis adhibentur metaphora, ſynecdoche, metonymia, antonomaſia, metalepſis, allegoria, ironia, periphraſis, hyperbole, adjunctio, disjunctio, apoſiopeſis, ſynonymia, ſimiliter cadens, &c. Atque his duabus ultimis figuris mirè delectantur, ita ut non ſolùm Verba aut Nomina idem ſignificantia & ſimiliter deſinentia accumulent; ſed & phraſes integras, integra commata, integras periodos tam à arte adaptare ſciunt, ut ferè ſingulæ ſingulis ſyllabæ, nedum dictiones ſibi planè correſpondeant, & ad metrum æquilibriumve appoſitæ ac conquiſitæ videantur. Et hæc maximè in ſoluta oratione adhibentur, quæ ideo in elegantioribus libris ſtricta quodammodo, metrica & rhythmica dici poſſet. Ita Coranus, *ſeu*, ut nobis dicitur, Alcoranus videtur totus rhythmicus, ita ut poeticum quaſi opus cenſeatur; prout ex eo tot verſiculos citat *Guadagnolus*, quos verè verſus ad metrum compoſitos & carmina vocat.

Differt tamen hujuſmodi ſoluta, quantumvis numeroſa, figurata aut rhythmica oratio Turcis ex Arabico كلام مقفا و مسجع *kelāmi mukæffā wü muſeğğæ*, vel ſimpliciter نثر *neſr*, proſa dicta, ab ea, quæ كلام منظوم *kelāmi manzūm*, vel نظم *næzm* dicitur, eſtque *compoſita ad ordinem & metrum*, ſeu *ſtricta aut ligata oratio.* Hæc enim ſervat ſemper eundem ordinem certis ubique metris conſtans; illa vaga eſt, & ad libitum rhythmis illis ornatur ac figuratur, adeoque pertinet ad Rhetoricam علم كلام *ylmī kelām* dictam, cùm نظم *næzm* ſpectet ad poëſim علم شعر *ylmī ſi·r* nuncupatam. Et quemadmodum نظم *næzm* propriè ſignificat *ordinem, ſeriem*, unde & *junctam ſeriem margaritarum, & compoſitam ad metrum & numeros orationem, carmina, verſûs*; ita شعر *ſi·r* eſt propriè Infinitivus, *ſeu* Nomen verbale actionis Verbi شعر *ſe-ære* ſignificans, *ſcire, nôſſe, percipere, intelligere*, & ut Nomen habens in Plurali اشعار *es-ār*, *ſcientia*, pec. *poeſis, oratio ligata, carmen, metrum*,

Poeſi itaque, ut plerique Populi, ita maximè delectantur cum Arabibus & Perſis Turcæ, in eaque felices ſunt ratione facilitatis, quâ ob liberam ſuam orthographiam poſſunt ſyllabarum quantitatem immutare pro libitu aut exigentia verſûs ex brevi longam & ex longa brevem faciendo, tum quia quicquid floridi aut expreſſivi habent aliæ duæ linguæ Arabica & Perſica, poſſunt ad ornandos locupletandoſque ſuos verſûs conceptúſque exprimendos adhibere. Neque verò de eorum poeſi videtur operæ pretium, ut fuſiùs agam; vix enim puto quemquam fore ex Noſtris, qui apud ipſos poëſeos lauream conſequi tentet. Cùm tamen innumera opera poëtica Turcica inveniantur, ac omnis generis carmina mirâ verborum & phraſium ſelectarum texturâ ad metrum & rhythmum acuminosè compoſita; immò ferè nullus detur liber, ubi paſſim intertexti non videantur verſûs, quos,

Digitized by Google

qui ſcandere neſcit, nonniſi ridiculè legere poterit: quæ ad hoc perfecto Interpreti ſcitu neceſſaria mihi videntur, quàm potero breviſſimè edocebo.

Artem metricam, *ſeu* Poëticam deſumpſerunt Turcæ ſimul & Perſæ ab Arabibus; unde omnium trium ijdem ſunt termini artis docendæ *ſeu* Poeticæ, quæ peculiari nomine dicitur علم العروض *ÿlmül ărûz*, aut modo Turcico aut Perſico loquendo علم عروض *ÿlmi ărûz*, ſcientia aut ars metiendi pedes in carmine, aut conſtruendi verſûs, prout peculiariùs dicetur infra de hoc termino عروض *ărûz*. Quod ergò hîc dicemus de Arte metrica Turcica, valebit etiam pro Perſicis & Arabicis. Sequar tamen doctrinam Perſici Poëtæ celebris وحيدي *wahÿdi* dicti. quem vocare liceat *Vahidium*.

Verſûs Turcici conſtant ex pedibus cum modo numeroque definitis, & ex rhythmo, aut conſonantia conſimilis deſinentiæ: ideoque ut cenſeatur verſus completus, debet eſſe duplex, *ſeu* diſtichus, & tunc vocatur بيت *beit*, *q.* domus, cujus ſingula hemiſtichia vocantur مصراع *myſrâ*, *q.* pars una januæ biforis; fabrica enim carminis & tota proſodica conſtructio petita eſt à tentoriorum mapaliumque Arabibus ab antiquo domorum loco ſervientium partibus & forma, ideoque omnes termini artis proſodicæ aut poëticæ inde etiam petiti. Et quemadmodum ſua illa mapalia aut tentoria vocant Arabes بيوت الشعر *büjütüś-ſaer*, vel ابيات الشعر *ebjâtüś-ſaeri*, ſeu in Singulari بيت الشعر *bejtüś ſaeri*, domus pilorum, *ſeu* ex pilis, puta caprinis, aliâve lanâ, ac lino & pellibus confecta ac extenſa; ita fabricam carminis *ſeu* diſtichi vocant iiſdem literis بيت الشعر *bejtüś-ſiʿri*, domum poëſeos, *ſeu* verſuum.

Tentorii partes præcipuæ ſunt, primò palus medius, cui tota tentorii moles innititur, & vocatur عروض *ărûz*, unde etiam dicitur عروض *ărûz* ultima pars primi hemiſtichii in carmine, ei enim inniti videtur tota carminis ſtructura, quippe ad cujus cadentiam aut finalem deſinentiam reliquorum verſuum *ſeu* diſtichorum rhythmi formantur. Alii tamen عروض *ărûz* cum عروض *ărûz* confundentes, dicunt ideo ſic dici finalem dictionem primi hemiſtichii, quia eſt quaſi oblatio, expoſitio aut propoſitio, quâ notâ dignoſcitur, cujus generis, & qualis rhythmi ſit totum carmen, & num perfectum ſit, an imperfectum, ad cujus nempe normam cæteri verſûs componuntur. Secundò partes ejus terminantes حدود *budûd* dictæ, ſunt quatuor latera, *ſeu* partes dependentes ab apice pali medii, quas vocant چهار ركن *tſhâr rükn*, *q.* quatuor columina aut ſinûs domûs, *ſeu* tentorii. Pari ratione aſſignant quatuor columina, parteſve carminis ſeu diſtichi; primam vocant صدر *ſadr*, eſtque principium primi hemiſtichii; ſecunda eſt finis ejuſdem hemiſtichii عروض *ărûz* dicta; tertia eſt initium ſecundi hemiſtichii ابتدا *iptidâ* dicta; quarta demum eſt finis ſecundi hemiſtichii ضرب *zarb* dicta. Rurſus, uti datur ſtratum, *ſeu* ſolum tentorii, & tectum, *ſeu* laquear ejuſdem, ita & ſtructuræ carminis aſſignant ſolum, quod vocant ex Perſ. زمين *zemîn*, & eſt قافيه *kâfije*, rhythmus, *ſeu* ſimilis utriusque hemiſtichii deſinentia & conſonantia; tectum autem سقف *ſakf* dictum, eſt ſignificatio aut ſenſus, quem importat, aut in quem factus eſt verſus. Item porta requiritur in tentorio ad ingreſſum & egreſſum: ita portam biforem aſſignant carmini, quæ ad ingreſſum مطلع *matlaʿ* dicitur, & eſt primum operis diſtichon, cujus ambo hemiſtichia ejuſdem ſunt rhythmi aut deſinentiæ; illud enim hemiſtichium, *ſeu* verſus ſequens, qui rhythmum illum non habet, vocatur خصي *chaſy*, caſtratus. Alæ ergò dictæ portæ, *ſeu* januæ biforis ſunt duo hemiſtichia primi diſtichi, ideoque ſingulatim vocantur, ut ſupra innui, مصراع *myſrâʿ*. Porrò extendunt tentoria & firmantur ac adaptantur partes eorum funibus, clavis, *ſeu* paxillis & pellibus teliſve, ita verſûs ſtructuram firmari & aptari dicunt; nimirum, quod dicimus verſum ex pedibus conſtare, dicunt illi funibus, paxillis, & nodis aut diſtinctionibus, & hæc Arabicè dicuntur اسباب *esbâb*, funes, اوتاد *ewtâd*, paxilli, clavi lignei, فواصل *fewâſyl*, diſcriminantia, diſtinctiones. Hæc ergò omnia ſigillatim explicemus.

In verſu latino maximè conſideratur pes metricus, qui nihil aliud eſt, quàm certa ſyllabarum numero & quantitate variatarum conſtitutio.

De quantitate ſyllabarum nonnihil tetigi ſub finem primæ Partis, ubi dixi, præter poſitionem nullam dari in Turcicis purè longam ſyllabam, cæteras breves aut ut itonè proferendas eſſe innuens: quæ tamen voces *e* finali otioſo, aut aliâ vocali noſtrâ terminantur, liberè in verſu producuntur aut corripiuntur; quæ autem ſyllabæ ſcribi poſſunt cum ا, ◦ vel

vel و, vel ي, poſſunt pariter produci & corripi juxta exigentiam metri, ut in exemplis infrà adferendis meliùs animadvertes.

In Arabicis quoque & Perſicis regula eſt generalis & facilis quantitatis dignoſcendæ. Omnis enim ſyllaba vel eſt compoſita ex una conſonante & vocali, ut ل *li*, ب *bi*, vel *be*, & omnis ejuſmodi ſyllaba brevis erit, *vel* erit compoſita ex duplici conſonante cum ſua vocali, ut بل *bel*, كن *kün*, با *bā*, بى *bī*, بو *bū*, & omnis ejuſmodi ſyllaba erit longa. Quòd ſi per ـً in Arabicis, aut aliter in Perſicis aliqua detur ſyllaba conſtans ex tribus literis, ut انصرنان *unſurnānni* ـ. adjuvate vos omnes omnino mulieres, & نان *nān* ـ. panis, هست *heſt*, eſt, داشت *dāſt*, habuit, multò magis ſyllaba longa erit.

Ex hujuſmodi ergò ſyllabis formantur pedes versûs cujuſvis, qui ſpecie duo tantùm ſunt, سبب *ſebeb*, funis, & وتد *weted*, paxillus dicti. سبب *ſebeb* eſt pes conſtans ex duabus conſonantibus, quarum prior ſemper habet vocalem, ſecunda autem vel habet vocalem & dicitur سبب ثقيل *ſebebī ſækȳl*, vel non habet vocalem, & dicitur سبب خفيف *ſebebī chæfif*. وتد *weted* autem eſt pes conſtans ex tribus conſonantibus, quarum duæ habent vocalem, una caret vocali. Si habentes vocalem ſint immediatæ, nempe prima & ſecunda, ut درر *dürür*, eſt, vel *dürer*, uniones, tunc dicitur وتد مجموع *wetedī meğmū*ᵃ. Si autem litera quieſcens aut vocali privata mediet inter utramque motam, *ſeu* vocali affectam, ut ابن *ibnü*, filius, dicitur وتد مفروق *wetedī mefrūk*. Et ſic numero pedes erunt in univerſum quatuor, سبب خفيف *ſebebī chæfif*, funis levis, & eſt unius ſyllabæ longæ. Alter سبب ثقيل *ſebebī ſækȳl*, funis gravis, & eſt duarum ſyllabarum brevium ⌣⌣ reſpondens noſtro pyrrhychio. Tertius وتد مجموع *wetedī meğmū*ᵃ, paxillus conjunctus, & conſtat duabus ſyllabis, priore brevi, poſteriore longâ ⌣ - reſpondens noſtro jambo. Quartus وتد مفروق *wetedī mefrūk*, paxillus ſejunctus, conſtat duabus ſyllabis, priore longâ & poſteriore brevi - ⌣, reſpondetque noſtro Trochæo. Et ex his componuntur partes, alternatim ſibi ſuccedentibus funibus & paxillis.

His tamen addunt cum Perſis Turcæ, immò & Arabes tertiam pedum ſpeciem, quam vocant فاصله *faſyle*, q. diſtinctionem, eſtque duplex, فاصلهٔ صغرى *faſylei ſughrā*, cùm vox quatuor conſtans literis conſonantibus tres primas habet motas & vocali affectas, quartam verò quieſcentem, *ſeu* vocali deſtitutam, ut بنكر *biniger*, aſpice. ضربت *zærebet*, verberavit *fæm.* فاصلهٔ كبرى *fāſylei kübrā*, cùm vox quinque conſonantibus conſtans quatuor primas habet motas, quintam quieſcentem, ut بكرمت *bekeremet*, tuâ benignitate, ضربنا *zærebenā*, verberavit nos: ſed ſunt merè pedes compoſiti.

Ex pedibus autem his componunt majora metra, uti ex pede وتد مجموع *wetedī meğmū*ᵃ, *paxillus conjunctus* dicto, & ex pede سبب خفيف *ſebebī chæfif*, *funis levis* dicto fit compoſitum metrum triſyllabum formæ فعولن *fe-ūlün* ⌣ - -, aut ſi præcedat سبب *ſebeb*, erit formæ فاعلن *fā-ȳlün*, utrumque autem vocatur خماسى *chumāsī*, quinque literarum metrum. Rurſus ex paxillo conjuncto, & ex duobus funibus levibus componitur tetraſyllabum metrum formæ مفاعيلن *mefā ȳlün* ⌣ - - -, & ſi mediet paxillus, formæ فاعلاتن *fā-ȳlātün* - ⌣ - -, aut ſi paxillus ſit disjunctus, formæ مستفعلن *müſtef-ȳlün* - - ⌣ -. Ex paxillo conjuncto, & ex pede compoſito فاصلهٔ صغرى *faſylei ſughrā* dicto, fit pentaſyllabum metrum formæ متفاعلن *mütefā-ȳlün* ⌣ ⌣ - ⌣ -, & ſi præcedat paxillus مفاعلتن *müfā-ăletün*, ⌣ - ⌣ ⌣ -, quod etiam poteſt reſolvi in tres pedes ſimplices paxillum conjunctum & duos funes, levem & gravem, ut متفاعلن *mütefā-ȳlün* in funem gravem, in funem levem & paxillum conjunctum.

Ex his ſeptem polymetris, *ſeu* pedibus compoſitis fiunt duodecim ſpecies aut genera præcipua verſuum ابحار *ebhār* dicta, *ſeu* in Singulari بحر *bæhr*; ſunt autem eorum nomina هزج *hezeğ*, رجز *reğez*, رمل *remel*, وافر *wāfir*, كامل *kāmil*, متقارب *mütekārib*, & متدارك *mütedārik*. Atque ex his inter ſe compoſitis oriuntur alia duodecim carminum genera, quorum nomina ſunt سريع *ſeri*ᵃ, منسرح *münſeryh*, خفيف *chæfif*, مضارع *müzāry*ᵃ, مجتث *müğtes*, مقتضب *muktæzyb*, طويل *tæwīl*, مديد *medīd*, بسيط *beſȳt*, غريب *ghærīb*, قريب *kærīb*, & مشاكل *müſākil*. Ex quibus generibus, quinque ſunt Arabibus propria, Perſiſque, inquit Vahidius, minùs uſitata, nimirum وافر *wāfir*, كامل *kāmil*, طويل *tæwīl*, مديد *medīd*, & بسيط *beſȳt*. Tria autem genera ſunt Perſis (quos Turcæ in Poeſi magis ſequuntur) propria, Arabibuſque minùs

 uſi-

uſitata, nempe غريب *ghærib*, قريب *kærib*, & مشاكل *müsākil.* Cætera ſunt omnibus tribus communia. Singula autem quid ſint, explicemus.

هزج *hezeğ* eſt propriè modulatio, quæ fit concisis modis; cantilena, *Madrigale*, eſtque genus carminis conſtans modò duodecim ſyllabis, modò quatuordecim formæ, ut in variis Authoribus inveni, مفعول مفاعلن فعولن *mef-ūlü mefa ŷlun fe ūlun*, - - ⏑ ⏑ - ⏑, ⏑ - - ., vel pro ſingulis hemiſtichiis مفعول مفاعيلن *mef-ūlü mef-ŷlun*, - - ⏑ ⏑ - - - bis in ſingulis hemiſtichiis, *vel* مفاعيلن مفاعيلن مفاعبلن مفاعيلن *mefā-ŷlün mefā-ŷlün, mefā-ŷlün mefā-ŷlün*, ⏑ - - -, ⏑ - - -, ⏑ - - -, ⏑ - - - |, vel aliter, uti haber *Guadagn.* qui dicit, debere tantùm eſſe duodecim ſyllabarum, quarum penultima ſit brevis & antepenultima longa.

بحر رجز *bæhrī reğez*, carmen, *ex Guadagn.* ex tempore, ſatyra, conſtat duodecim ſyllabis, eſtque formæ مستفعلن *müſtef ŷlün*, - - ⏑ - ter in ſingulis hemiſtichiis repetiti.

بحر رمل *bæhrī remel*, carmen breve, exile, conſtat pariter duodecim ſyllabis, & pro forma haber فاعلاتن *fā-ŷlātün* - ⏑ - - ter in ſingulis hemiſtichiis repetitum.

بحر كامل *bæhrī kāmil*, carmen perfectum, eſt quindecim ſyllabarum, cujus forma متفاعلن *mütefā-ŷlün* ⏑ ⏑ - ⏑ - ter in ſingulis hemiſtichiis repetitur.

بحر وافر *bærī wāfir*, carmen exuberans, *ferè Ital. Sdruccioli*, quindecim pariter ſyllabarum, formæ مفاعلتن *mufā-ēletün* ⏑ - ⏑ ⏑ - ter in ſingulis hemiſtichiis repetiti.

بحر متقارب *bæhrī mütekārib*, carmen conjunctum, duodecim aut aliquando undecim, decemque ſyllabarum, cujus menſura فعولن *fe-ūlün* ⏑ - - quater in ſingulis hemiſtichiis repetitum, vel in ultimo فعول *fe-ūlu*, danturque hujus ſpeciei verſus intermixti ſeptem ſyllabarum formæ فعولن فعولن فعل *fe-ūlün fe-ūlün fe-ēl*, ⏑ - -, ⏑ - - ⏑ - pro ſingulis hemiſtichiis.

بحر متدارك *bæhrī mütedārik*, carmen conſecutivum, in meo Authore *Vahydio*, eſt formæ فاعلن *fā-ŷlün* - ⏑ - quater repetiti. *Golio* autem eſt Rhythmus, in quo duæ conſequentes mobiles conſequuntur invicem inter duas quieſcentes, ut تفاعيلن *tefā-ŷlün*, & فعول فعل *fe ūlü fi-ēl*, & فعول فل *fe-ūlü fel*: ac ſi intercedens quies continuitatem motus non impediret.

بحر سريع *bæhrī ſerī*, carmen velox, eſt in meo Authore formæ مستفعل مستفعلن فعولات مستفعلن *müſtef-ŷlü müſtef-ŷlun fe-ūlātü müſtef-ŷlün*, errore puto ſcriptoris; nam alibi invenio formam hanc مفتعلن مفتعلن فاعلن *müfte-ŷlün müfte-ŷlün fā ŷlün*. *Guadagn.* autem illud dicit conſtare ſeptem tantùm ſyllabis.

بحر منسرح *bæhrī münſeryh*, carmen emiſſum, eſt in meo Authore formæ مستفعل مفعولات *müſtef-ŷlü mef-ūlāt* bis repetitum in hemiſtichio; ſed alibi invenio formam ejus مفتعلن فاعلن *müfte-ŷlün fā-ŷlün* bis repetitum, & alibi مفتعلن فاعلات مفتعلن فاع *müfte-ŷlün fā-ŷlāt, müfte-ŷlün fā*, & apud *Guadagn.* فاعلاتن مستفعلن مستفعلن *fā-ŷlatün müſt-f ŷlün müſtef-ŷlün.*

بحر مضارع *bæhrī muzāry*, carmen ſimile, formæ in meo Authore فاعلاتن مستفعل *fā-ŷlatün müſtef-ŷlün* bis in hemiſtichio repetiti, juxta *Guadagn.* eſt duodecim ſyllabarum, formæ مفاعيلن فاعلاتن مفاعيلن *mefā ŷlün fā-ŷlātün, mefā-ŷlün.*

بحر خفيف *bærī chæfīf*, carmen leve, formæ in meo Authore مفاعيلن فاعلات مفاعيل فاعلاتن *mefā-ŷlü fā-ŷlāt mefā-ŷlü fā-ŷlātün*; alibi autem فاعلاتن مفاعلن فعلن *fā-ŷlātün mefā ŷlün fe-ŷlün*, & in *Guadagn.* فاعلاتن مستفعلن *fā-ŷlātün müſtef-ŷlün*, nempe octo ſyllabarum, aut certè duodecim ſyllabarum فاعلاتن مستفعلن فاعلاتن *fā-ŷlātün müſtef-ŷlün fā-ŷlātün*, & فاعلاتن *fā-ŷlātün* ter repetitum.

بحر مجتث *bæhrī müğteſſ* (alibi videtur محبث *mühbeſſ*) carmen convulſum, *ſeu* conciſum, in meo Exemplari مستفعلن فاعلات *müſtef-ŷlün fā-ŷlāt* bis repetitum, *in Guadagn. ex Chamus* eſt مستفعلن فاعلاتن فاعلاتن *müſtef-ŷlün fā-ŷlātün fā-ŷlātün*, *id eſt* duodecim ſyllabæ, novem longæ & tres breves. Aliàs in libello *ſāh. dī* dicto menſuram ejus comperio hujuſmodi مفاعيلن فعلات *mefā-ŷlün fe-ŷlāt.*

بحر مقتضب *bæhrī muktæzyb*, carmen concitum, aut ex tempore ſcriptum, eſt in meo Exemplari مفعولات مستفعل *mef-ūlātü müſtef-ŷlü* bis in hemiſtichio repetitum; alibi lego فاعلاتن مفتعلن *fā-ŷlātün müfte-ŷlün* bis repetitum, *in Guadagn.* مفاعيلن *mefā-ŷlün*

fā-ȳlün ter repetitum, ita ut ſit duodecim ſyllabarum, quarum novem longæ & tres breves.

بحر طويل *bæhrĭ tawīl*, carmen longum, in meo Exemplari alibique فعولن مفاعيلن *fe-ūlün mefā-ȳlün* bis in hemiſtichio repetitum; aliam tamen dari illi videtur formam *Guadagn.*

بحر مديد *bæhrĭ medīd*, carmen extenſum, in meo Exemplari eſt فاعلاتن فاعلن *fā-ȳlātün fā-ȳlun* bis in hemiſtichio repetitum.

بحر بسيط *bæhrĭ besȳt*, carmen expanſum, eſt مستفعلن فاعلن *müſtef-ȳlün fā-ȳlun* bis in hemiſtichio repetitum.

بحر غريب *bæhrĭ gharīb*, carmen peregrinum, eſt فاعلاتن فاعلاتن مستفعلن *fā-ȳlātün fā-ȳlātün müſtef-ȳlun* in ſingulis hemiſtichiis.

بحر قريب *bæhrĭ kærīb*, carmen propinquum, eſt مفاعيل مفاعيل فاعلاتن *mefā-ȳlü mefā-ȳlü fā-ȳlātün* in ſingulis hemiſtichiis.

بحر مشاكل *bæhrĭ musākil*, carmen conveniens aut ſimile, eſt فاعلات مفاعيل مفاعيل *fā-ȳlatü, mefā-ȳlü, mefā-ȳlü.*

Illa autem duodecim præcipua genera, *ſeu* formæ carminum teducuntur à Perſis ad ſex modos, *ſeu* circulos, quorum primus dicitur دايرهٔ مؤتلفه *dāireĭ müütelife*, circulus compoſitus, ex quò prodeunt, aut ſub quo numerantur tres ſpecies carminum, هزج *hæzeğ*, رجز *regez*, & رمل *remel*. Secundus circulus dicitur دايرهٔ متفقه *dāireĭ müttefika*, circulus conveniens, & ſub ſe habet duas ſpecies, وافر *wāfir*, & كامل *kāmil*. Tertius vocatur دايرهٔ مشتبه *dāireĭ müſtebihe*, circulus ſimilis, continetque duas ſpecies, متقارب *mütekārib*, & متدارك *mütedārik*. Quartus dicitur دايرهٔ مجتلبه *dāireĭ mugtelibe*, circulus contractus, continens tres ſpecies طويل *tawīl*, مديد *medīd*, & بسيط *besȳt*. Quintus dicitur دايرهٔ مختلفه *dāireĭ müchtelife*, circulus varius, ad quem revocantur quatuor ſpecies, منسرح *munſeryh*, مضارع *müzāry*, مقتضب *müktæzyb*, & مجتث *mügteſſ*. Sextus denique dicitur دايرهٔ منتزعه *dāireĭ müntezy-ê*, circulus detractus, avulſus, habetque ſub ſe quinque ſpecies, سريع *ſerī*, غريب *ghærīb*, قريب *kærīb*, خفيف *chæfīf*, & مشاكل *musākil*.

Arabes verò quinque tantùm circulos, *ſeu* periodos aſſignant, ad quas revocant omnes carminum ſpecies, & alio quidem modo, quàm hic meus Author *Vahidius*, *de quo, ſis, vide Guadagn.*

Atque ita habes omnia genera; *ſeu* formas carminum, quæ in uſum veniunt apud noſtros Orientales, & ſi vides aliquam in eis varietatem aut diſcrepantiam, ſæpe ea contingit ob mutationem pedum ex licentia poëtica, quæ datur maxima, dummodo eâ judiciosè quis utatur. Licet enim *e. g. pro* مفاعيلن *mefā-ȳlün* ⏑‒‒‒ ponere مفاعيل *mefā-ȳlü* ⏑‒‒⏑. Sic *pro* فعولن *fe-ūlün* ⏑‒‒, ponere interdum licet فعول *fe-ūl* ⏑‒, quæ licentia dicitur قبض *kabz*, aut negligere primam literam ف *fe*, ut ſit عولن *ūlün*, & ea licentia vocatur خرم *charm*, aut ſi negligatur prima & ultima, ita ut remaneat عول *ūlü*, vel *ūl*, dicetur ea licentia ثلم *ſelm*, vel ثرم *ſerm*. Vocantur autem hæ licentiæ generali ferè nomine ازاحيف *ezāhȳf*, *Pl.* *ū* زحاف *zyhāf*, eſtque à Verbo زحف *zæhæfe*, progreſſus eſt, proceſſit *ad rem*, *pec.* ſenſim, prorepſit humi natibus inſidens *puer*, pedem traxit defatigatus *camelus*, erepſit, evaſit clanculum. *Gol.* In meo Exemplari eſt دور افتادن *dür uftāden*, & juxta *Guadagn.* eſt *prolapſus*; eſt autem hîc figura aut licentia poëtica, quâ metra carminis pedeſve immutantur, ita ut illis defectus aut redundantia, *hoc eſt*, plus minuſve accidat, quàm regulis continetur. Licet enim primò privare vocali ſecundam literam polymetri, aut etiam ipſam literam rejicere, 2. licet etiam rejicere quartam literam, ſi quieſcens fuerit, non item ſi vocalem habeat, 3. licet privare vocali quintam, & ipſam literam rejicere, ſi quieſcat, 4. licet rejicere ſeptimam, ſi quieſcat. At non licet ejicere ex forma unius ejuſdemque carminis ſimul ſecundam & tertiam, nec licet rejicere ſeptimam & ſecundam; nec ſeptimam quamvis quieſcentem, ſi litera quinta privata fuerit vocali, *e. g.* ſi carmen fuerit كامل *kāmil* dictum, *ſeu* perfectum, formæ nimirum متفاعلن *mütefā-ȳlün* ⏑⏑‒⏑‒ ter repetiti, licet ſecundam primi pedis vocali privari, & loco primi متفاعلن *mütefā-ȳlün* ponere متفاعلن *mütfā-ȳlün*, atque idem ac مستفعلن *müſtef-ȳlün* ‒‒⏑‒. Ubi autem metrum fuerit مستفعلن

Digitized by Google

Conjugatione Verborum. Nota etiam modum loquendi مكتوبكز كلمزدن بش كون مقدّم *mektübün-üz gelmezden beš gün mukæddem*, quinque diebus antequam veniret veſtra epiſtola. Sic وفاتندن ايكى آي صكره *wefatinden iki aj ſon-ra*, tribus menſibus poſt obitum ejus. *Ll.*

¶ *In Arabicis reſpondetur per* مذ *müz*, vel منذ *münzü*, *minzü*, *de quibus in* Etymologia, *& per* من *min*, à, ab, ex, &c.

Perſæ vel per از *ez*, vel per كه *ki*, ut Turcæ.

Ad quæſtionem quàm procul? ſeu cùm quæritur diſtantia loci, quod aliter ac nos taciunt Turcæ. Dicunt enim فلان ير نقدر اراقدر بوندن *fulān jer nekadar iraktur bundan*, (اوزاقدر *uzaktur*) *vel* بوندن اراقيدر *bundan irakmidür*, quantum diſtat talis locus abhinc, quàm procul hinc? vel فلان يردن فلان يره قاچ ميل وار *fülān jerden fulān jere kač mil war*, *vel* قاچ ميل يولدر *kač mil joldür*, quot milliaribus diſtat hic ab illo locus? Sic قاچ ساعتلق يولدر *kač sā-ætlyk joldür*, quot horarum iter eſt? قاچ كونلك يولدر *kač günlik joldür*, quot dierum iter? Reſpondetur اراق دكل *irak degül*, *vel* اوزاق دكل *uzak degül*, non eſt procul, vel per Nominativum اوچ ميل يردر *uč mil jer dür*, tribus milliaribus diſtat, ſic ايكى ساعتلك يولدر *iki sā-ætlik joldür*, duarum horarum iter eſt, اوچ كونلك يولدر *üč günlik joldür*, *aut* اوچ قوناق يردر *üč konak jer dür*, trium dierum iter eſt. خيليجه وار *chajlığe war*, *vel* خيلى يولدر *chajli jol dür*, ſatis magna eſt diſtantia, ſat procul. اراجق *irağık*, اوزاجق *uzağık*, & اوزاقجه *uzakče*, nonnihil procul, longiuſcule, ادرنهيه ايكى كونلك يولده *edreneje iki günlik jolda*, in diſtantia duorum dierum ab urbe Adrianopoli, *à due giornate di Adrianopoli.*

Arab. reſpondetur per Accuſativum. Perſ. per Nominativum, & per Compoſita.

Ad quæſtionem quomodo? نيجه *niğe*, reſpondetur aut adverbialiter per ايله *ile*, رعايت ايله *vel* رعايله *ry-ājet ile*, رعايت برله *ry-ājet birile*, & رعايناً *ry-ājeten*, honorificè, cum honore, honoris ergo, *vel* causâ, ال ايله *el ile*, manu, كندو الله *gendü elüm ile*, propriâ, meâ manu, عينيله *ājni ile*, planè eodem modo, ſic عينيله اول يرده *ājnile ol jerde*, in eodem planè loco, *in quel medeſimo luogo*, عشقله ينار *āškyle janar*, ardet amore: ac ſæpè ſic redditur cauſa, انك سببيله *anün-ſebebi ile*, ejus causâ, quod etiam per Ablativum انك سببندن *anün-ſebebinden*, ipſius causâ, اول سببدن *ol ſebebten*, ea de cauſa, اندن اوترو *andan ötürü*, *idem*, eapropter, انك ايچون *anün-ičün*, *idem*, propterea, اول اجلدن *ol eğilden*, ea de cauſa, propterea. Sic dicitur اوكه سندن نطقي طوتلدي *öke-ſinden nutky tutuldy*, præ ira non potuit loqui. & in hac ſignificatione illud *præ* ſemper ſic per Ablativum redditur, ut فغانلرندن طورلمز اولدي *fighānlerinden durulmaz oldy*, præ eorum clamoribus ſubſiſti amplius non poteſt, ſubſiſtere nemo poteſt. *Non ſi può più ſtare dalle, è per le loro grida, ò lamentationi.* Aliàs quando *præ* ſignificat *reſpectu, vel in comparationem*, tunc ex Arabico dicunt اكا نسبتاً *an-a niſbeten*, præ illo, in comparatione *vel* reſpectu ipſius, & اكا نسبت *an-a niſbet*, *idem*, *ac* in deſpectum ipſius.

¶ *Modus autem Arabicè exprimitur cum præpoſitione* ب *bi*, *vel plerumque adverbialiter per Accuſativum, ut* برعاية *biry-āietin*, *vel* رعاينا *ry-ājeten*, honorificè, honoris ergo, زيدٌ في الدّار قايماً *zejdün fid-dārī kaimen*, Zeidus eſt in atrio ſtans, *q.* ſtanter, ضربت زيداً قايماً *zarebtü zejden kāimen*, percuſſi Zeidum ſtantem, dum ſtaret, *q.* ſtanter, لقيت راجلاً رجلاً *lækajtü rāğilen reğiulen*, occurrit mihi pedeſter vir quidam, pedetentim pedetentim, pedibus. *Et hoc Arabes vocant* الحال *el-hāl*, diſpoſitionem, ſtatum, modum, aut circumſtantiam, qualitatem, &c. *Quod autem redderemus per Ablativum, aut per* quoad, ratione, reſpectu, *ipſi eodem modo per nudum Accuſativum efferunt*, *ut* طاب زيدٌ نفساً *tābe zeidun neffen*, bonus eſt Zeidus, quoad animam, زيدٌ طيّبٌ اباً و ابوّةً و داراً و علماً *zejdün tajjibün eben we übüwweten* (*ebüten, Guadagn.*) *we dāren*, *we ïlmen*, Zeidus bonus eſt patre, paternitate, domo, & ſcientiâ, *ſic ex Erpen.* لامات يسوع الاهيّةً بل مات ناسوتاً *lā māte jesu ilāhījjeten bel māte nāsūten*, Non mortuus eſt JESUS ratione naturæ divinæ, ſed mortuus eſt ratione naturæ humanæ, *Item* و في اصبعه خاتمٌ ذهباً *we fi æſbaïhi chātimün zeheben*, & in digito ejus annulus aureus, *quod frequentiùs dicitur cum annexione*,

GRAMMATICÆ TURCICÆ

PARS SEPTIMA

De Proſodia & Arte Metrica.

TUrcæ, ut ſunt eloquentiæ ſtudioſiſſimi, nullum non tropum figuramve Rhetorices adhibent ad exornandos ſuos libros aut ſcripta uſque ad hyperbolem amplificanda. Nec enim ſolùm ex circumſtantiis illo trito verſiculo noſtro *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando* comprehenſis rem ſuam aut orationem amplificant, ſed ferè ſingulis Nominibus Subſtantivis apponunt epitheta ſive ſimplicia, ſive compoſita, ut ſunt illa ex duobus Subſtantivis Arabica & Perſica, ludunt identidem in Verbis, ſententias, ſimilitudines intermiſcent, &, ut dixi, figuris tropiſque utuntur paſſim ad commotionem aut delectationem adhibitis. Tales ſunt interrogatio, apoſtrophe, repetitio, exclamatio, hypotypoſis, gradatio, ſuſtentatio, antitheta, ethopæja, communicatio, proſopopæja & ſimiles. Item frequenter ab eis adhibentur metaphora, ſynecdoche, metonymia, antonomaſia, metalepſis, allegoria, ironia, periphraſis, hyperbole, adjunctio, disjunctio, apoſiopeſis, ſynonymia, ſimiliter cadens, &c. Atque his duabus ultimis figuris mirè delectantur, ita ut non ſolùm Verba aut Nomina idem ſignificantia & ſimiliter deſinentia accumulent; ſed & phraſes integras, integra commata, integras periodos tantâ arte adaptare ſciunt, ut ferè ſingulæ ſingulis ſyllabæ, nedum dictiones ſibi planè correſpondeant, & ad metrum æquilibriumve appoſitæ ac conquiſitæ videantur. Et hæc maximè in ſoluta oratione adhibentur, quæ ideo in elegantioribus libris ſtrictâ quodammodo, metrica & rhythmica dici poſſet. Ita Coranus, *ſeu*, ut nobis dicitur, Alcoranus videtur totus rhythmicus, ita ut poëticum quaſi opus cenſeatur; prout ex eo tot verſiculos citat *Guadagnolus*, quos veré verſus ad metrum compoſitos & carmina vocat.

Differt tamen hujuſmodi ſoluta, quantumvis numeroſa, figurata aut rhythmica oratio Turcis ex Arabico كلام مقفا ومسجع *kélāmĭ mukæffā wü müſeǧǧæ*, vel ſimpliciter نثر *neſr*, proſa dicta, ab ea, quæ كلام منظوم *kélāmĭ manzūm*, vel نظم *næzm* dicitur, eſtque *compoſita ad ordinem & metrum*, ſeu *ſtricta aut ligata oratio*. Hæc enim ſervat ſemper eundem ordinem certis ubique metris conſtans; illa vaga eſt, & ad libitum rhythmis illis ornatur ac figuratur, adeoque pertinet ad Rhetoricam علم كلام *ÿlmĭ kelām* dictam, cùm نظم *næzm* ſpectet ad poëſim علم شعر *ÿlmĭ ſi-r* nuncupatam. Et quemadmodum نظم *næzm* propriè ſignificat *ordinem, ſeriem*, unde & *junctam ſeriem margaritarum, & compoſitam ad metrum & numeros orationem, carmina, verſus*; ita شعر *ſi-r* eſt propriè Infinitivus, *ſeu* Nomen verbale actionis Verbi شعر *ſe-ære* ſignificans, *ſcire, nôſſe, percipere, intelligere*, & ut Nomen habens in Plurali اشعار *eſ-ār*, *ſeſenția*, pec. *poëſis, oratio ligata, carmen, metrum*,

Poëſi itaque, ut plerique Populi, ita maximè delectantur cum Arabibus & Perſis Turcæ, in eaque felices ſunt ratione facilitatis, quâ ob liberam ſuam orthographiam poſſunt ſyllabarum quantitatem immutare pro libitu aut exigentia verſûs ex brevi longam & ex longa brevem faciendo, tum quia quicquid floridi aut expreſſivi habent aliæ duæ linguæ Arabica & Perſica, poſſunt ad ornandos locupletandosque ſuos verſûs conceptúſque exprimendos adhibere. Neque verò de eorum poeſi videtur operæ pretium, ut fuſiùs agam; vix enim puto quemquam fore ex Noſtris, qui apud ipſos poëſeos lauream conſequi tentet. Cùm tamen innumera opera poëtica Turcica inveniantur, ac omnis generis carmina mirâ verborum & phraſium ſelectarum texturâ ad metrum & rhythmum acumin oſè compoſita; immò ferè nullus detur liber, ubi paſſim intertexti non videantur verſûs, quos,

qui

qui ſcandere neſcit, nonniſi ridiculè legere poterit: quæ ad hoc perfecto Interpreti ſcitu neceſſaria mihi videntur, quàm potero breviſſimè edocebo.

Artem metricam, *ſeu* Poëticam deſumpſerunt Turcæ ſimul & Perſæ ab Arabibus; unde omnium trium ijdem ſunt termini artis docendæ, *ſeu* Poeticæ, quæ peculiari nomine dicitur علم العروض *ỹlmül ẚrūz*, aut modo Turcico aut Perſico loquendo علم عروض *ỹlmi ẚrūz*, ſcientia aut ars metiendi pedes in carmine, aut conſtruendi verſus, prout peculiariùs dicetur infra de hoc termino عروض *ẚrūz*. Quod ergò hic dicemus de Arte metrica Turcica, valebit etiam pro Perſicis & Arabicis. Sequar tamen doctrinam Perſici Poëtæ celebris وحيدي *wæhỹdi* dicti. quem vocare liceat *Vahidium*.

Verſus Turcici conſtant ex pedibus cum modo numeroque definitis, & ex rhythmo, aut conſonantia conſimilis deſinentiæ: ideoque ut cenſeatur verſus completus, debet eſſe duplex, *ſeu* diſtichus, & tunc vocatur بيت *beit*, *q.* domus, cujus ſingula hemiſtichia vocantur مصراع *myſrâ*, *q.* pars una januæ biforis; fabrica enim carminis & tota proſodica conſtructio petita eſt à tentoriorum mapaliumque Arabibus ab antiquo domorum loco ſervientium partibus & forma, ideoque omnes termini artis proſodicæ aut poëticæ inde etiam petiti. Et quemadmodum ſua illa mapalia aut tentoria vocant Arabes بيوت الشعر *büjūtüs-ſæri*, vel ابيات الشعر *ebjātüs-ſæri*, ſeu in Singulari بيت الشعر *bejtüs ſæri*, domus pilorum, *ſeu* ex pilis, puta caprinis, aliâve lanâ, ac lino & pellibus confecta ac extenſa; ita fabricam carminis *ſeu* diſtichi vocant iiſdem literis بيت الشعر *bejtüs-ſiri*, domum poëſeos, *ſeu* verſuum.

Tentorii partes præcipuæ ſunt, primò palus medius, cui tota tentorii moles innititur, & vocatur عروض *ẚrūz*, unde etiam dicitur عروض *ẚrūz* ultima pars primi hemiſtichii in carmine, ei enim inniti videtur tota carminis ſtructura, quippe ad cujus cadentiam aut finalem deſinentiam reliquorum verſuum *ſeu* diſtichorum rhythmi formantur. Alii tamen عروض *ẚrūz* cum عروض *ũrūz* confundentes, dicunt ideo ſic dici finalem dictionem primi hemiſtichii, quia eſt quaſi oblatio, expoſitio aut propoſitio, quâ notâ dignoſcitur, cujus generis, & qualis rhythmi ſit totum carmen, & num perfectum ſit, an imperfectum, ad cujus nempe normam cæteri verſus componuntur. Secundò partes ejus terminantes حدود *hudūd* dictæ, ſunt quatuor latera, *ſeu* partes dependentes ab apice pali medii, quas vocant چهار ركن *ćihār rükn*, *q.* quatuor columina aut ſinûs domûs, *ſeu* tentorii. Pari ratione aſſignant quatuor columina, parteſve carminis ſeu diſtichi; primam vocant صدر *ſædr*, eſtque principium primi hemiſtichii; ſecunda eſt finis ejuſdem hemiſtichii عروض *ẚrūz* dicta; tertia eſt initium ſecundi hemiſtichii ابتدا *iptidâ* dicta; quarta demum eſt finis ſecundi hemiſtichii ضرب *zærb* dicta. Rurſus, uti datur ſtratum, *ſeu* ſolum tentorii, & tectum, *ſeu* laquear ejuſdem, ita & ſtructuræ carminis aſſignant ſolum, quod vocant ex Perſ. زمين *zemīn*, & eſt قافيه *kāfije*, rhythmus, *ſeu* ſimilis utriusque hemiſtichii deſinentia & conſonantia; tectum autem سقف *ſækf* dictum, eſt ſignificatio aut ſenſus, quem importat, aut in quem factus eſt verſus. Item porta requiritur in tentorio ad ingreſſum & egreſſum: ita portam biforem aſſignant carmini, quæ ad ingreſſum مطلع *mætlæ* dicitur, & eſt primum operis diſtichon, cujus ambo hemiſtichia ejuſdem ſunt rhythmi aut deſinentiæ; illud enim hemiſtichium, *ſeu* verſus ſequens, qui rhythmum illum non habet, vocatur خصي *chæſy*, caſtratus. Alæ ergò dictæ portæ, *ſeu* januæ biforis ſunt duo hemiſtichia primi diſtichi, ideoque ſingulatim vocantur, ut ſupra innui, مصراع *myſrâ*. Portò extendunt tentoria & firmantur ac adaptantur partes eorum funibus, clavis, *ſeu* paxillis & pellibus teliſve, ita verſus ſtructuram firmari & aptari dicunt; nimirum, quod dicimus verſum ex pedibus conſtare, dicunt illi funibus, paxillis, & nodis aut diſtinctionibus, & hæc Arabicè dicuntur اسباب *esbāb*, funes, اوتاد *ewtād*, paxilli, clavi lignei, فواصل *fewāſyl*, diſcriminantia, diſtinctiones. Hæc ergò omnia ſigillatim explicemus.

In verſu latino maximè conſideratur pes metricus, qui nihil aliud eſt, quàm certa ſyllabarum numero & quantitate variatarum conſtitutio.

De quantitate ſyllabarum nonnihil tetigi ſub finem primæ Partis, ubi dixi, præter poſitionem nullam dari in Turcicis purè longam ſyllabam, cæteras breves aut unitonè proferendas eſſe innuens: quæ tamen voces *a* finali otioſo, aut aliâ vocali noſtrâ terminantur, liberè in verſu producuntur aut corripiuntur; quæ autem ſyllabæ ſcribi poſſunt cum ا,

vel

vel و, vel ي, poſſunt pariter produci & corripi juxta exigentiam metri, ut in exemplis infrà adferendis meliùs animadvertes.

In Arabicis quoque & Perſicis regula eſt generalis & facilis quantitatis dignoſcendæ. Omnis enim ſyllaba vel eſt compoſita ex una conſonante & vocali, ut لِ *li*, بِ *bi*, vel *be*, & omnis ejuſmodi ſyllaba brevis erit, *vel* erit compoſita ex duplici conſonante cum ſua vocali, ut بل *bel*, كن *kün*, با *bā*, بى *bī*, بو *bū*, & omnis ejuſmodi ſyllaba erit longa. Quòd ſi per ّ in Arabicis, aut aliter in Perſicis aliqua detur ſyllaba conſtans ex tribus literis, ut انصرنانّ *unſurnānni*. adjuvate vos omnes omnino mulieres, & نان *nān*, panis, هست *heſt*, eſt, داشت *dāst*, habuit, multò magis ſyllaba longa erit.

Ex hujuſmodi ergò ſyllabis formantur pedes verſûs cujuſvis, qui ſpecie duo tantùm ſunt, سبب *ſebeb*, funis, & وتد *weted*, paxillus dicti. سبب *ſebeb* eſt pes conſtans ex duabus conſonantibus, quarum prior ſemper habet vocalem, ſecunda autem vel habet vocalem & dicitur سبب ثقيل *ſebebī ſækȳl*, vel non habet vocalem, & dicitur سبب خفيف *ſebebī chæfīf*. وتد *weted* autem eſt pes conſtans ex tribus conſonantibus, quarum duæ habent vocalem, una caret vocali. Si habentes vocalem ſint immediatæ, nempe prima & ſecunda, ut درر *dürür*, eſt, vel *dürer*, uniones, tunc dicitur وتد مجموع *wetedī meǧmūᵃ*. Si autem litera quieſcens aut vocali privata mediet inter utramque motam, *ſeu* vocali affectam, ut ابن *ibnü*, filius, dicetur وتد مفروق *wetedī mefrūk*. Et ſic numero pedes erunt in univerſum quatuor, سبب خفيف *ſebebī chæfīf*, funis levis, & eſt unius ſyllabæ longæ. Alter سبب ثقيل *ſebebī ſækȳl*, funis gravis, & eſt duarum ſyllabarum brevium ⏑ ⏑ reſpondens noſtro pyrrhychio. Tertius وتد مجموع *wetedī meǧmūᵃ*, paxillus conjunctus, & conſtat duabus ſyllabis, priore brevi, poſteriore longâ ⏑ – reſpondens noſtro jambo. Quartus وتد مفروق *wetedī mefrūk*, paxillus ſejunctus, conſtat duabus ſyllabis, priore longâ & poſteriore brevi – ⏑, reſpondetque noſtro Trochæo. Et ex his componuntur partes, alternatim ſibi ſuccedentibus funibus & paxillis.

His tamen addunt cùm Perſis Turcæ, immò & Arabes tertiam pedum ſpeciem, quam vocant فاصله *faſyle*, q. diſtinctionem, eſtque duplex, فاصلهٔ صغري *faſylei ſughrā*, cùm vox quatuor conſtans literis conſonantibus tres primas habet motas & vocali affectas, quartam verò quieſcentem, *ſeu* vocali deſtitutam, ut بنكر *biniger*, aſpice. ضربت *zærebet*, verberavit *fœm.* فاصلهٔ كبري *faſylei kübrā*, cùm vox quinque conſonantibus conſtans quatuor primas habet motas, quintam quieſcentem, ut بكرمت *bekeremet*, tuâ benignitate, ضربنا *zærebenā*, verberavit nos: ſed ſunt merè pedes compoſiti.

Ex pedibus autem his componunt majora metra, uti ex pede وتد مجموع *wetedī meǧmūᵃ*, *paxillus conjunctus* dicto, & ex pede سبب خفيف *ſebebī chæfīf*, *funis levis* dicto fit compoſitum metrum triſyllabum formæ فعولن *fe-ūlün* ⏑ – –; aut ſi præcedat سبب *ſebeb*, erit formæ فاعلن *fā-ȳlün*, utrumque autem vocatur خماسى *chumāsī*, quinque literarum metrum. Rurſus ex paxillo conjuncto, & ex duobus funibus levibus componitur tetraſyllabum metrum formæ مفاعيلن *mefā-ȳlün* ⏑ – – –, & ſi mediet paxillus, formæ فاعلاتن *fā-ȳlātün* – ⏑ – –, aut ſi paxillus ſit disjunctus, formæ مستفعلن *müſtef-ȳlün* – – ⏑ –. Ex paxillo conjuncto, & ex pede compoſito فاصلهٔ صغري *faſylei ſughrā* dicto, fit pentaſyllabum metrum formæ متفاعلن *mütefā-ȳlün* ⏑ ⏑ – ⏑ –, & ſi præcedat paxillus مفاعلتن *müfā-āletün*, ⏑ – ⏑ ⏑ –, quod etiam poteſt reſolvi in tres pedes ſimplice paxillum conjunctum & duos funes, levem & gravem, ut متفاعلن *mütefā-ȳlün* in funem gravem, in funem levem & paxillum conjunctum.

Ex his ſeptem polymetris, *ſeu* pedibus compoſitis fiunt duodecim ſpecies aut genera præcipua verſuum ابحار *ebhār* dicta, *ſeu* in Singulari بحر *bæhr*; ſunt autem eorum nomina هزج *hezeǧ*, رجز *reǧez*, رمل *remel* وافر *wāfir*, كامل *kāmil*, متقارب *mütekārib*, & متدارك *mütedārik*. Atque ex his inter ſe compoſitis oriuntur alia duodecim carminum genera, quorum nomina ſunt سريع *ſerīᵃ*, منسرح *münſeryh*, خفيف *chæfīf*, مضارع *müzāryᵃ*, مجتث *müǧteſ*, مقتضب *muktezyb*, طويل *tæwīl*, مديد *medīd*, بسيط *beſȳt*, غريب *ghærīb*, قريب *kærīb*, & مشاكل *müſākil*. Ex quibus generibus, quinque ſunt Arabibus propria, Perſiſque, inquit Vahidius, minùs uſitata, nimirum وافر *wāfir*, كامل *kāmil*, طويل *tæwīl*, مديد *medīd*, & بسيط *beſȳt*. Tria autem genera ſunt Perſis (quos Turcæ in Poeſi magis ſequuntur) propria, Arabibuſque minùs uſi-

fā-ỳlün ter repetitum, ita ut ſit duodecim ſyllabarum, quarum novem longæ & tres breves.

بحر طويل *bæhrĭ tæwīl*, carmen longum, in meo Exemplari alibique فعولن مفاعيلن *fe-ūlün mefā-ỳlün* bis in hemiſtichio repetitum; aliam tamen dari illi videtur formam *Guadagn.*

بحر مديد *bæhrĭ medīd*, carmen extenſum, in meo Exemplari eſt فاعلاتن فاعلن *fā-ỳlātün fā-ỳlün* bis in hemiſtichio repetitum.

بحر بسيط *bæhrĭ besỳt*, carmen expanſum, eſt مستفعلن فاعلن *müſtef-ỳlün fā-ỳlün* bis in hemiſtichio repetitum.

بحر غريب *bæhrĭ gharīb*, carmen peregrinum, eſt فاعلاتن فاعلاتن مستفعلن *fā-ỳlātün fā-ỳlātün müſtef-ỳlün* in ſingulis hemiſtichiis.

بحر قريب *bæhrĭ kærīb*, carmen propinquum, eſt مفاعيل مفاعيل فاعلاتن *mefā-ỳlü mefā-ỳlü fā-ỳlātün* in ſingulis hemiſtichiis.

بحر مشاكل *bæhrĭ müsākil*, carmen conveniens aut ſimile, eſt فاعلات مفاعيل مفاعيل *fā-ỳlātü, mefā-ỳlü, mefā-ỳlü.*

Illa autem duodecim præcipua genera, *ſeu* formæ carminum reducuntur à Perſis ad ſex modos, *ſeu* circulos, quorum primus dicitur دايرهٔ موتلفه *dāireĭ müütelife*, circulus compoſitus, ex quò prodeunt, aut ſub quo numerantur tres ſpecies carminum, هزج *behæzeğ*, رجز *reğez*, & رمل *remel.* Secundus circulus dicitur دايرهٔ متفقه *daireĭ müttefika*, circulus conveniens, & ſub ſe habet duas ſpecies, وافر *wāfir*, & كامل *kāmil.* Tertius vocatur دايرهٔ مشتبه *dāireĭ müſtebihe*, circulus ſimilis, continetque duas ſpecies, متقارب *mütekārib*, & متدارك *mütedārik.* Quartus dicitur دايرهٔ مجتلبه *dāireĭ mugtelibe*, circulus contractus, continens tres ſpecies طويل *tæwīl*, مديد *medīd*, & بسيط *besỳt.* Quintus dicitur دايرهٔ مختلفه *dāireĭ müchtelife*, circulus varius, ad quem revocantur quatuor ſpecies, منسرح *munſeryh*, مضارع *müzāry*, مقتضب *müktæzyb*, & مجتث *mügteſſ.* Sextus denique dicitur دايرهٔ منتزعه *dāireĭ müntezy-ê*, circulus detractus, avulſus, habetque ſub ſe quinque ſpecies, سريع *ſerī*, غريب *ghærīb*, قريب *kærīb*, خفيف *chæfīf*, & مشاكل *müsākil.*

Arabes verò quinque tantùm circulos, *ſeu* periodos aſſignant, ad quas revocant omnes carminum ſpecies, & alio quidem modo, quàm hic meus Author *Vahidius*, *de quo*, *ſis*, *v. de Guadagn.*

Atque ita habes omnia genera; *ſeu* formas carminum, quæ in uſum veniunt apud noſtros Orientales, & ſi vides aliquam in eis varietatem aut diſcrepantiam, ſæpe ea contingit ob mutationem pedum ex licentia poëtica, quæ datur maxima, dummodo eâ judiciosè quis utatur. Licet enim *e. g. pro* مفاعيلن *mefā-ỳlün* ⏑--- ponere مفاعيل *mefā-ỳlü* ⏑--⏑. Sic *pro* فعولن *fe-ūlün* ⏑--, ponere interdum licet فعول *fe-ūl* ⏑-, quæ licentia dicitur قبض *kabz*, aut negligere primam literam ف *fe*, ut ſit عولن *ūlün*, & ea licentia vocatur خرم *chærm*, aut ſi negligatur prima & ultima, ita ut remaneat عول *ūlü*, vel *ūl*, dicetur ea licentia ثلم *ſelm*, vel ثرم *ſerm.* Vocantur autem hæ licentiæ generali ferè nomine ازاحيف *ezāhỳf*, *Pl. rū* زحاف *zyhāf*, eſtque à Verbo زحف *zæhæfe*, progreſſus eſt, proceſſit *ad rem*, *pec.* ſenſim, prorepſit humi natibus inſidens *puer*, pedem traxit defatigatus *camelus*, erepſit, evaſit clanculum. *Gol.* In meo Exemplari eſt دور افتادن *dūr ujtāden*, & juxta *Guadagn.* eſt *prolapſus*; eſt autem hîc figura aut licentia poëtica, q̀ à metra carminis pedeſve immutantur, ita ut illis defectus aut redundantia, *hoc eſt*; plus minuſve accidat, quàm regulis continetur. Licet enim primò privare vocali ſecundam literam polymetri, aut etiam ipſam literam rejicere, 2. licet etiam rejicere quartam literam, ſi quieſcens fuerit, non item ſi vocalem habeat, 3. licet privare vocali quintam, & ipſam literam rejicere, ſi quieſcat, 4. licet rejicere ſeptimam, ſi quieſcat. At non licet ejicere ex forma unius ejuſdemque carminis ſimul ſecundam & tertiam, nec licet rejicere ſeptimam & ſecundam; nec ſeptimam quamvis quieſcentem, ſi litera quinta privata fuerit vocali, *e. g.* ſi carmen fuerit كامل *kāmil* dictum, *ſeu* perfectum, formæ numirum متفاعلن *mütefā-ỳlün* ⏑⏑-⏑- ter repetiti, licet ſecundam primi pedis vocali privari, & loco primi متفاعلن *mütefā-ỳlün* ponere متفاعلن *mütfā-ỳlün*, atque *idem ac* مستفعلن *müſtef-ỳlün* --⏑-. Ubi autem metrum fuerit مستفعلن

müſtef-ÿlün, vel فاعلاتن *fā-ÿlātün* -⏑--, in quibus ſecunda quieſcit, poteſt tolli illa ſecunda & fieri forma مفتعلن *mütefÿlün*, & فعلاتن *fe-ÿlātün*. Rurſus poteſt tolli quarta litera quieſcens metri متفاعلن *mütefā-ÿlün* ⏑⏑-⏑- & fieri forma متفعلن *mütefe-ÿlün*; ſic & ex metro مستفعلن *müſtef-ÿlün* poterit fieri مستعلن *müſte-ālün*. Quòd ſi ſit metrum مفاعلتن *mufā-āletün*, non licet neglectâ quartâ facere مفالتن *mufāletün*, quia quarta non eſt quieſcens, & ſic intelligendum de cæteris.

Hujuſmodi autem licentiæ numerantur à Perſarum Poëtis triginta quinque, quarum hîc præcipuas tantùm tibi explicabo.

Primam meus Author وحيدى *wæhÿdī* ponit كف *kef*, ſeu *Arab.* كفّ *keff* propriè prohibitio, cohibitio; ſed hîc eſt neglectio aut rejectio literæ ſeptimæ quieſcentis in metro, cùm ex مفاعيلن *mefā-ÿlün* fit مفاعيل *mefā-ÿlu*, & ex فاعلاتن *fā-ÿlātün* fit فاعلات *fā-ÿlātu*, verſuſque, cui hoc accidit, dicitur مكفوف *mekfūf*, cohibitus, impeditus.

2. قصر *kæſr*, decurtatio, *ſeu* truncatio literæ finalis, ut *pro* فعولن *fe-ūlün*, فعول *fe-ūlü*, pro فاعلن *fā-ÿlün*, فاعل *fā-ÿlü*, verſuſque ſic decurtatus dicitur مقصور *mekſūr*.

3. حذف *hæzf*, abjectio, *ſeu* deficientia pedis *funis levis* dicti in fine, ut cùm detracto à metro مفاعيلن *mefā-ÿlün* pede ultimo لن *lün*, remanet مفاعى *mefā-ÿ*, quod idem eſt cum فعولن *fe-ūlün*; ſic à فاعلاتن *fā-ÿlatün* remanet فاعلا *fā-ÿlā*, quod idem eſt ac فاعلن *fā-ÿlün*; à فعولن *fe-ūlün*, فعو *fe-ū*, *i. q.* فعل *fe-āl*, & verſus, cui id accidit, dicitur محذوف *mæhzūf*.

4. خرم *charm*, prominens montis vertex, promontorium, eſt neglectio primæ literæ metri, ut ſi *pro* فعولن *fe-ūlün* ponatur عولن *ūlün*, pro مفاعيلن *mefā-ÿlün*, فاعيلن *fā-ÿlün*, ſeu مفعولن *mef-ūlün*, unde dicitur carmen tale مخروم *mæchrūm*, ſeu اخرم *æchrem*.

5. خرب *chærb*, dirutio, eſt rejectio primæ & ultimæ ræ مفاعيلن *mefā-ÿlün*, ut remaneat ſolùm فاعيل *fā-ÿlü*, ſeu metrum æquivalens مفعول *mef-ūlü*, unde verſus hôc affectus dicitur اخرب *æchreb*.

6. قبض *kæbz*, contractio, occupatio, eſt neglectio quintæ literæ quieſcentis in metro, ut *pro* فعولن *fe-ūlün*, فعول *fe-ūlü*, pro فاعلن *fā-ÿlün*, فاعل *fā-ÿlü*, etiam *pro* مفاعيلن *mefā-ÿlün*, مفاعلن *mefā-ÿlün*, & verſus, cui id accidit, dicitur مقبوض *mækbūz*.

7. شتر *ſetr*, fiſſura, vitiatio, eſt rejectio primæ & quintæ, ut fiat ex مفاعيلن *mefā-ÿlün*, فاعلن *fā-ÿlün*, aut, ut vult *Guadagn.* فاعيل *fā-ÿlü*, rejectâ ultimâ. Talis verſus dicitur اشتر *eſter*.

8. هتم *hetm*, dentium fractio, & eſt rejectio ultimæ chordæ, vocaliſque præcedentis in مفاعيلن *mefā-ÿlün*, ut remaneat مفاع *mefā-*, pro quo eſt فعول *fe-ūl*, diciturq; verſus ita decurtatus اهتم *ehtem*.

9. جبّ *gebb*, caſtratio, cùm ex مفاعيلن *mefā-ÿlün* rejiciuntur duo ultimi funes leves, ut remaneat tantùm مفا *mefā*, ſitque *loco* ejus فعل *fe-āl*, verſus autem, cui id accidit, dicitur مجبوب *megbūb*.

10. زلل *zelel*, cæſpitatio, extenuatio, cùm præter id, quod rejectum fuerat per licentiam ſuperiorem هتم *hetm*, abjicitur etiam ex eodem مفاعيلن *mefā-ÿlün* initiale م *mim*, ut ſolùm remaneat فاع *fā-*, & talis verſus dicitur ازلل *ezlel*.

11. بتر *beter*, mutilatio, eadem reſectio, cùm ex مفاعيلن *mefā-ÿlün* per زلل *zelel* extenuato demitur præterea ع *ain*, ut ex فاع *fā-*, quod remanſerat, reſtet tantùm فا *fā*, formæ فع *fe-*, & dicatur verſus ابتر *ebter*.

12. خبن *chæbn*, ſinuatio, cùm ſecunda quieſcens initialis funis levis tollitur, & ex فاعلاتن *fā-ÿlātün* fit فعلاتن *fe-ÿlātün*; ex مستفعلن *müſtef-ÿlün*, متفعلن *mütef-ÿlün*, pro quo eſt مفاعلن *mefā-ÿlün*; ſic ex مفعولات *mef-ūlātü*, fit معولات *me-ūlātü*, formæ مفاعيل *mefā-ÿlü*. Porrò ex فاعلن *fā-ÿlün* fit فعلن *fe-ÿlün*; verſus autem, cui id contingit, dicitur مخبون *machbūn*.

13. طيّ *tajj*, implicatio, involutio, cùm quarta quieſcens tollitur, ut مستفعلن *müſtef-ÿlün* remanet مستعلن *müſte-ÿlün*, pro quo مفتعلن *müfte-ÿlün*; ſic ex [illegible]

mef-ūlātā

Digitized by Google

meſ-ûlâtü remanet مفعلات *meſ-ûlâtü*, pro quo فاعلات *fâ-ỳlâtü*; verſus autem, in quo id fit, dicitur مطوى *matwî*.

14. قطع *kat'*, conciſio, truncatio, cùm ex paxillo conjuncto rejicitur litera quieſcens, & privatur vocali litera mota, ut ex مستفعلن *müſtef-ỳlün*, fit مستفعل *müſtef-ỳl*, pro quo مفعولن *mef-ûlün*; verſus autem ita affectus dicitur مقطوع *maktû'*.

15. شكل *ſekl*, figuratio, cùm ex فاعلاتن *fâ-ỳlâtün* rejicitur ſecunda quieſcens & ultima litera, ut remaneat فعلات *fi-ỳlâtü*. Verſus ejuſmodi vocatur مشكول *meſkûl*.

16. صلم *ſelm*, murilatio, reſciſſio aurium, cùm ex فاعلاتن *fâ-ỳlâtün* reſcinditur in fine funis levis & gezmatur præcedens, ut remaneat فاعل *fâ-ỳl*, pro quo فعلن *fi-lün*, verſusque dicitur اصلم *eslem*.

17. تشعث *teſe-ùs*, disgregatio, cùm τῷ فاعلاتن *fâ-ỳlâtün* facti per خبن *chabn* فعلاتن *fe-ỳlâtün* ſecunda gezmatur & legitur فعلاتن *fe-latün*, formæ مفعولن *mef-ûlün*, & vocatur verſus talis متشعث *müteſe-ês*.

18. حذف *hazf*, rejectio, caudæ reſectio, cùm ex مستفعلن *müſtef-ỳlün*, ultimus paxillus conjunctus rejicitur, manetque مستف *müſtef*, formæ فعلن *fi-lün*, taleque metrum vocatur احذف *ahzef*.

19. جزء *gez'*, ſeu جدع *ged'*, mutilatio, cùm ex مفعولات *mef-ûlâtü* duo funes excidunt & tantùm لات *lât* manet, menſuræ فاع *fâ'*, ac talis verſus dicitur مجدوع *meġdû'*.

20. رفع *ref'*, elatio, cùm ex duabus initialibus funibus levibus una excidit, ut ex مستفعلن *müſtef-ỳlün* fit تفعلن *tef-ỳlün*, menſuræ فاعلن *fâ-ỳlün*, & ex مفعولات *mef-ûlâtü* fit عولات *ûlâtü*, menſuræ مفعول *mef-ûlü*, unde verſus talis dicitur مرفوع *merfû'*.

21. ثلم *ſelm*, ruina, cùm ex فعولن *fe-ûlün* tollitur ف *fe*, & remanet عولن *ûlün*, formæ فعلن *fi-lün*; imò ex *Guadagn. & Chamus* tollitur etiam ultima, & ſic remanet عول *ûlü*. Sed in meo Exemplari hæc ultima licentia, *ſeu* potiùs defectus, dicitur ثرم *ſerm*, dentifragium, verſuſque ſic affectus dicitur اثلم *eslem*, vel اثرم *eſrem*.

22. خبل *chabl*, truncatio manûs, quando ex مستفعلن *müſtef-ỳlün* abjicitur س & ف, & remanet متعلن *müt-ỳlün*, formæ فعلتن *fi-letün*, ſic in meo Exemplari. At *Guadagn.* inquit, eſt, quando cum rejectione ſecundæ rejicitur etiam tertia, & tunc videtur carmen quaſi truncum, quod accidit in carmine Expanſo & in carmine Improviſo, *ſeu* Brevi; enimverò litera quieſcens eſt quaſi manus funis, quando ergò abjicitur, quaſi truncatur manu, *& hoc ex Chamus*, verſus autem talis vocatur مخبول *machbûl*.

23. نحر *nahr*, jugulatio, cùm ex مفعولات *mef-ûlâtü* per جزء *gez'* reducto ad لات *lâtü*, etiam ت *te* finale tollunt, ut ſolùm لا *lâ* remaneat, formæ فع *fa'*, & in tali caſu dicitur verſus aut forma ejus منحور *menhûr*, jugulatus, *vel* jugulata.

24. وقف *wakf*, firmatio, cùm ex مفعولات *mef-ûlâtü* fit *mef-ûlât*, gezmatâ ſcilicet ultimâ conſonante, & dicitur metrum ita affectum موقوف *mewkûf*.

25. كشف *keſf*, nudatio, detectio, cùm ex مفعولات *mef-ûlâtü* tollitur ultima litera, ut maneat مفعولا *mef-ûlâ*, formæ مفعولن *mef-ûlün*, vocaturque metrum ſic decurtatum aut q. natibus denudatum مكشوف *mekſûf*.

26. اشباع *iſbâ'*, ſaturatio, complementum, cùm in fine metri funi levi interjicitur litera quieſcens, fitque, *e.g.* ex مفاعيلن *mefâ-ỳlün*, مفاعيلان *mefâ-ỳlân*; ex فاعلين *fâ-ỳlin*, فاعليان *fâ-ỳliján*, diciturque metrum tale مشبع *müſbe'*.

27. اذالت *izâlet*, tractus laciniæ aut ſyrmatis, cùm metro habenti in fine paxillum conjunctum additur aut interjicitur litera quieſcens, ut ſi ex مستفعلن *müſtef-ỳlün* fiat مستفعلان *müſtef-ỳlân*, aut ex فاعلن *fâ-ỳlün*, فاعلان *fâ-ỳlân*, & vocatur tale metrum مذال *müzâl*, ipſaque additio dicitur ذيل *zejl*, lacinia, ſyrma, *vel* fimbria.

28. ترفيل *ter-fîl*, amplificatio, cùm paxillo finali additur integra ſyllaba, *ſeu* funis levis, ut fiat, *e.g.* ex مستفعلن *müſtef-ỳlün*, مستفعلاتن *müſtef-ỳlâtün*; ex متفاعلن *mütefâ-ỳlün*, متفاعلاتن *mütefâ-ỳlâtün*, vel, *ut in Gol.* متفاعلتان *mütefâ-ỳletân*, & ex فاعلن *fâ-ỳlün*. فاعلاتن *fâ-ỳlâtün*, vocaturque taliter auctum metrum مرفل *müreffel*, vel مرفل *murfel*.

Sciendum autem, has omnes licentias non eſſe promiſcui uſûs, ſed parcè & judicioſè

cioſè iis utendum, immò verò multas earum eſſe vitandas, cùm vitia potiùs & defectus eſſe cenſeantur, ut ſunt 2. 3. 5. 8. 9. 10. 11. 15. 16. 17. 18. 19. & ſequentes, præter tres ultimas, quas datâ occaſione uſurpare licet.

Habes itaque formam omnis generis verſuum, ex quibus componunt Turcæ cum Perſis & Arabibus ſua poëmata, quorum præcipuum dicitur قصيده *kaside*, poëma integrum multis diſtichis conſtans: unde ſub eo continentur مفرد *müfred*, diſtichum unicum رباعى *rübāī*, quaternarium, غزل *ghazel*, carmen amatorium, & قطعه *kytā*, ſegmentum. Eſt præterea مثنوى *mesnewī*, carmen birhythmicum, *ſeu* cujus ſingula diſticha habent diverſum rhythmum, & مسمّط *musemmat*, carmen multiplicis rhythmi, *ſeu* qui in quatuor, *vel* ad minimum tres rhythmos dividitur, aut, *ut Gol.* in quo terna *vel* quaterna hemiſtichia ſimiliter deſinunt, tùm aliâ terminatione verſus ſequuntur.

Rhythmus itaque قافيه *kāfije* dictus eſt omnino ad poëſim Turcarum neceſſarius, conſiſtit autem in conſimili deſinentia ultimæ ſyllabæ primi hemiſtichii operis totius عروض *ărūz*, *oblatio* dicti, unde ſecundi hemiſtichii rhythmus, *ſeu* ultima ſyllaba vocatur ضرب *zarb*, pulſatio, repercuſſio, *quaſi* reſponſio, aut redditio primi propoſiti rhythmi. Aliàs litera primaria & fundamentalis rhytmi, in quem deſinunt omnia poëmatis ejuſdem diſticha, dicitur Arabicè روى *rewi*, à روا *rewā*, *Pl.* اروية *erwie*, funis quo ligatur aut aſtringitur onus cameli, *vel* alterius jumenti: ſic etiam, ajunt, rhythmo, *ſeu* cadentiâ ſtringitur poëſis aut carmen, nec abſque eo ligamine ſubſiſtere poteſt. Ad rhythmum ergò perſectum requiritur non ſolùm ultima litera terminans verſum, ſed etiam quicquid ad ejus ſonum concurrit, & ſic ad minimum duæ requiruntur literæ ſaltem in prolatione, ut راست *rāſt*, rectus, & ماست *māſt*, oxygala, eſt rhythmus, qui vocatur قافيهء اصلى *kāfijei asly*, vel *aslyje*, originalis, naturalis, cui reſpondens هواست *hewāſt*, aura eſt, & كجاست *kügiāſt*, ubi eſt, dicitur قافيهء معمولى *kāfije maemūli*, rhythmus factitius: factus enim fuit adjectione tertiæ perſonæ Verbi Subſtantivi thematibus هوا *hewā*, aura, aër, & كجا *kügiā*, ubi? Concurrunt aliquando plures literæ ac plures motiones ad rhythmum, *ſeu* ad literam حرف روى *harfi rewī* dictam, quæ propriè eſt radix & baſis rhythmi *ſeu* conſonantiæ, poſſuntque dari octo, quatuor ante dictam finalem literam, & quatuor poſt eam. Quæ ante occurrere poſſunt, ſunt الف تأسيس *elifi teesīs*, *elif* initialis, *ſeu* fundamentalis, حرف دخيل *harfi dachȳl*, litera intromiſſa, *ſeu* intermedia inter prædictum ا *elif* & literam baſim rhythmi, حرف ردف *harfi ridf*, litera conſecutionis, حرف قيد *harfi kajd*, litera ligaminis, *ſeu* colligationis. Quatuor autem, quæ finalem ſubſequuntur, ſunt وصل *wasl*, conjunctio, خروج *churūg*, egreſſio, مزيد *mezīd*, adjectio, & نايره *nāire*, tubulus, & hæ omnes ſequentibus binis diſtichis exprimuntur

قافيه در اصل يك حرفست هشت آنرا تبيع چار پيش و چار پس آن نقطه وينها دايره

حرف تأسيس ودخيل وردف وقيد انكه روى بعد از آن وصل و خروجست و مزيد نايره

kāfije der-aslȳ jek harf-eſtü hest ān-rā tebī' čiār pišü, čiār pes ān, nokta wīnhā-dāire
harfi teesī-sü dachȳlü-ridfü kajdān-ki rewī. ba'dezān was-lü churūgeſt-ü mezīdü-nāire.

Motiones autem ad rhythmum concurrentes ſunt رس *res*, initium, *ſeu* initialis vocalis, اشباع *iſbā'*, ſaturatio, حذو *hazw*, dimenſio, توجيه *tewğih*, converſio, مجرى *meğrā*, alveus, نفاذ *nefāz*, vel *nefād*, tranſitio, & hæ ſequenti carmine ... licantur:

قافيه را شش بود حركت بقول استاد رس واشباع است و حذو توجيه مجرى و نفاذ

kāfijerā šeš büwed hareket be kawli üſt... *resſü isbā-āſtü hazw tewğihü me. rā wü nefād.*

Exemplum ſit in عاقل *ākyl*, & جاهل *giāhil*, in quo rhythm..., ex illis quatuor præcedentibus binæ adſunt, nempè الف تأسيس *elifi teesīs*, & حرف دخيل *harfi dachȳl*, litera intermedians, quæ propriè ad hujuſmodi rhythmum موسّس *müeſſes* dictum ſpectat, nimirum hic ق *kaf*, & ه *he*; ل *lam* verò eſt روى *rewī* *ſeu* ipſa litera finalis rhythmi, motio autem, quæ præcedit حرف تاسيس *harfi teesīs* ا *elif*, nem... *fetha* dicitur *res*, & motio literæ intermediantis ق *kaf*, & ه *he*, nempe ... *keſra* dicitur اشباع *iſbā'*. Atque in hoc rhythmo ſunt tres literæ, quarum duæ motæ ſunt, eſtque pro...rius Arabum

Arabum, cui contravenire Perſæ liberè abſque defectûs nota audent, ut ſi pro iſtis rhythmis ponant مقبل *mükbil*, vel مشكل *müſkil*, quod in Arabicis non licet.

Et hinc apud Perſas Turcaſque rhythmorum tres dantur ſpecies, مجرد *müğerred*, ſolitarius, aut ſimplex rhythmus, ut قمر *kamer*, شكر *ſeker*, quia unicam *pro* rhythmo habent literam, & unicam præcedentem motionem, nempe ر *er*: مردف *müreddef*, triliterus rhythmus literis ا و ي affectus, ut cum ا *elif* جان *giän*, كان *kān*, cum و *waw* حور *hūr*, نور *nūr*, & cum ي *je* دين *dīn*, چين *ćīn*: & مقيد *mukajjed*, colligatus rhythmus, & eſt cum loco حرف ردف *harfi ridf*, ſeu illius literæ levis ا *elif*, و *waw*, ي *je*, adeſt conſonans quieſcens, ut in مرد *merd*, درد *derd*, & قند *kand*, چند *ćend*. Motio autem præcedentis conſonantis, nempe hîc ـَ *fetha*, vocatur حذو *hazw*. Et hæ ſunt quatuor literæ, quæ finalem rhythmi literam præcedere dicuntur, quæ autem eam ſequuntur, ſunt, ut dictum eſt, وصل *wasl*, quæ indit vocalem finali, hanc ſibi conjungens, ut سرم *ſerem*, caput meum, برم *berem*, pectus meum; ubi finalis eſt ميم موصل *mīmī müwaſſal*, *mim* conjunctum; motio autem conſonantis finalem præcedentis dicitur توجيه *tewğīh*, ac motio ipſius finalis dicitur مجري *meğrā*, tranſitio, & ſic duæ ſunt literæ & duæ motiones. Cùm autem literæ وصل *wasl* dictæ ſuperadditur altera litera, hæc dicitur خروج *churūğ*, egreſſio, & ſi motionem indat literæ conjunctionis وصل *wasl* dictæ, illa motio dicetur نفاد *nefād*, tranſitio, qualiter etiam vocatur omnis motio, quæ contingit poſt finalem rhythmi, ſive ſit una, ſive ſint plures. Si quæ autem litera ſuperaddatur huic خروج *churūğ* dictæ, dicetur مزيد *mezīd*, auctio, incrementum, ut in دلبرمست *diberemeſt*, درخورمست *derchoremeſt*, ubi ر *re* eſt روي *rewī* finalis, *ſeu* baſis rhythmi, م *mim* eſt وصل *wasl* conjunctio, *ſeu* ſuperaddita finali litera; س *ſin* eſt خروج *churūğ*, egreſſio, *ſeu* litera *waslo* ſuperaddita, & ت *te* eſt مزيد *mezīd*, incrementum, *ſeu* litera ſuperaddita *churugio*. Motio autem præcedens immediatè baſim rhythmi روي *rewi* dictam dicitur توجيه *tewğīh*, motio ipſius finalis, *ſeu* baſis vocatur مجري *meğrā*, motio *wasli*, نفاد *nefād*, ſuntque ſic quatuor literæ & tres motiones, *ſeu* vocales. Litera autem, quæ ſuperadditur *mezīdo*, dicitur نايره *nāire*, ut همرستمت *hemreſtemet*, چاكرستمت *ćiākereſtemet*, ubi litera ر *re* eſt baſis rhythmi, س *ſin waslum*, ت *te* primum *churugium*, م *mim mezīdum*, & ultimum ت *te nāire*; motio autem, quæ præcedit baſim rhythmi eſt توجيه *tewğīh*, motio baſis eſt مجري *meğrā*, motio, quæ baſim conſequitur, eſt نفاد *nefad*, & ſic ad hunc rhythmum concurrunt quinque literæ & tres, *ſeu*, ut hîc, quatuor motiones.

Datur etiam Perſis cadentia, *ſeu* rhythmus شايكان *ſājegān* dictus, *q.* rhythmus magnus, eſtque quadruplex, prima شايكان جمع *ſājegānī ğem*, rhythmus pluralis numeri in آن *ān*, ut ياران *jārān*, ſodales, & نكاران *nigārān*, formoſæ, dilectæ, ubi ر *re* eſt روي *rewī*, baſis rhythmi, ا *elif* ante روي *rewī* poſitum, eſt ردف *ridf*, & ان *elif nūn* poſt روي *rewī* contingentia, characteriſticæ ſunt Pluralis numeri, quæ dicuntur شايكان *ſājegān*. Motio autem, quæ fit ante ردف *ridf* eſt حذو *hazw*; motio autem *tū* روي *rewi*, *ſeu* baſis eſt مجري *meğrā*, & ſic literæ rhythmi ſunt quatuor, motiones, *ſeu* vocales duæ. 2. قافيهٔ شايكان غايب *kāfijeī ſājegānī ghāib*, rhythmus Pluralem numerum Verbi tertiæ perſonæ importans, ut دورند *dūrend*, remoti ſunt, & صبورند *ſabūrend*, patientes ſunt, ubi ر *re* eſt روي *rewī*, و *waw* eſt ردف *ridf* ند *nūn dāl*, شايكان *ſājegān*, motio ante ردف *ridf* eſt حذو *hazw*, motio *tū* روي *rewī* eſt مجري *meğrā*. 3. شايكان مخاطب *ſājegānī muchātyb*, cadentia ſecundæ perſonæ pluralis Verbi, ut چميد *ćemīd*, ſuperbè inceditis, & دميد *demīd*, afflatis, ubi م *mim* eſt روي *rewī*, *ſeu* cadentia, يد *je & dal* ſunt شايكان *ſājegān*, & motio præcedens baſim eſt توجيه *tewğīh*, motio baſis eſt مجري *meğrā*. 4. شايكان متكلم *ſājegānī mütekellim*, cadentia primæ perſonæ pluralis Verbi, ut نوشيم *nūſīm*, bibimus, پوشيم *pūſīm*, induimus, ubi ش *ſin* eſt روي *rewī*, و *waw*, ردف *ridf*, يم *je & mim*, شايكان *ſājegān*, &c. شايكان *ſājegān* ergò ſignificat propriè Pluralem numerum, ſed hîc denotat duas literas quieſcentes poſt baſim rhythmi, quam movent. Notandum tamen, non debere fieri tales rhythmos شايكان *ſājegān* dictos, ut correſpondeant ſimplicibus rhythmis ejuſdem terminationis, vixque unam licere, ut poſt جان *ğiān*, anima, & جهان

 ğihān,

jihān, mundus, licebit ſemel adferre cadentiam multitudinis شايكان *šājegān* dictam, ut eſt ياران *jārān*, ſodales, *vel* نكاران *nigārān* dilectæ, *vel* alia hujuſmodi unica.

Reſtat igitur ad complementum doctrinæ, aut ut ſaltem carmina Turcico-Perſico-Arabica ritè legere & recitare poſſis, ut ea ſcandere ſcias, cæſuram, *hoc eſt*, ubi ſit tantiſ-per pauſandum, dignoſcas.

Scanſio ergò, *ſeu* dimenſio verſûs dicitur تقطيع *taktȳ*, propriè diviſio aut diſciſſio in partes. Scandes itaque verſum per pedes compoſitos, ex quibus conflatur quodvis hemiſtichium, & quia hoc aut quatuor, aut tribus, aut in abbreviatis duobus pedibus compoſitis conſtat, ideo cæſura, *ſeu* pauſa, quæ dicitur شطر *šatr*, medietas, fiet in quadrimetris poſt ſecundum, in trimetris liberè poſt primum aut poſt ſecundum, in bimetris liberum erit pauſare, *aut* non. Ad pauſam autem requiritur, ut ſenſus quodammodo ſit completus, ut fit etiam in Latinis, *v. g.* in hoc verſu: *Arma virumque cano Trojæ qui primus ab oris*, pauſatur poſt *cano*, ubi ſenſus partialiter videtur completus.

Quoniam verò verſus, ut cenſeatur poëticus, requirit peculiare aliquod acumen, phraſim elegantem, & concinnitatem audientis animum voluptate aliquâ, *ſeu*, ut ipſi loquuntur, guſtu (ذوق *zewk*) reficientem; Author meus percurrit omnes ſpecies carminum, exempla cujuſque adferendo, & ſimul dimenſionem, ac artem patefaciendo hâc ratione. Exemplum diſtichi ex genere modulationum integro, *ſeu* immutato بحر هزج سالم *bahrī bezeǧī sālim* dicto, cujus artificium, ait صنعتش ترصيع با تجنيس *san-ätes tersȳ-ȳ bā teǧnis* æquivocatio, *ſeu* paranomaſia, دلمرا كرم بازاري ازانم كرم بازاري دلمرا كرم بازاري ازانم كرم بازاري *dilemrā germī bāzārī: ez ānem germī bāzārī. dilemrā germī bāzārī. ez ānem germī bāzārī*, quod ſic ſcanditur aut legitur per partes, دلمرا كر *dilem rā ger*, مفاعيلن *mefā-ȳlün*, مبازاري *mibāzārī*, مفاعيلن *mefā-ȳlün*, ازانم كر *ezānem ger*, مفاعيلن *mefā-ȳlün*, مبازاري *mibāzārī*, مفاعيلن *mefā-ȳlün*; eodemque modo alterum hemiſtichium, habet enim eaſdem voces, eandemque omninò menſuram. Pauſa fit in medio poſt ſecundum pedem. Artificium autem eſt ratione paranomaſiæ, quæ conſiſtit in كرم بازاري, quod quater repetitur, primò enim كرم بازاري ſignificat *cordi meo fervorem rurſus adfers*: ſecundum, *ex eo fervidus ſum cum planctu*: tertium, *animo meo fervidus mercatus eſt, exagitatio*: quartum, *ſi me ab eo retraxeris*; كرم *germ* enim ſignificat & *calor*, *fervor*, *excandeſcentia*, & *calidus*, *fervidus*, *calefactus*, *excandefactus*. Item *gürm & gürüm*, dolor, mœror, anguſtia animi. Item *gerem*, ſi me, *vel* ſi mihi. Rurſus *kerm* . vitis, vinea, *&* *kerem*, bonitas, nobilitas, magnificentia, gratia, *& kirm*, vermis, unde poſſunt formari æquivocationes. Sic بازاري *bāzārī*, ſi ſit unica vox, ſignificabit *forenſis*, *ad forum*, vel *mercatum pertinens*, vel abſtractum *pertinentia ad forum*, *mercatus*, *mercatura*. Rurſus poſſunt eſſe duæ voces با زاري *bā zārī*, cum planctu, fletu, lamentatione, gemitu, *&* cum obteſtatione. Item باز آري *bāz ārī*, ſecunda Præſentis aut Futuri Verbi باز آوردن *bāz āwürden*, reddere, referre; rurſus adferre, & recedere, tetrahere, *& ſic* ſignificabit *rurſus adfers*, *adferes*, *reddes*, *&c.* vel *retrabis*, *retrabes*, *&c.*

Diſtichon ex هزج مثمن *bezeǧī müſemmen*, octo metrorum, *ſeu* cujus hemiſtichium conſtat ex quatuor metris majoribus, *ſeu* pedibus compoſitis تبا در چين هرتاري بود زلف ترا صد چين كه سازي بركل سوري زسنبل پوده چين برچين *tebā der či-ni ber tārī: büwed zülf-i- türā ſad čin: ki sāzī ber-güli sūrī: zi sümbül pu-de čin ber čin*. Cujus acumen aut artificium in æquivoco integro تجنيس تام *teǧnīsī tām* conſiſtit, nempè in voce چين *čin*, quæ initio primi verſûs ſumitur pro *Regno Chinenſium*, ſeu *Sinenſium*, in fine pro *nodulo aut plica criſporum capillorum*, uti & in fine ſecundi, pro *plicis aut multiplicitate*, ita ut ſit ſenſus diſtichi: *Mitte Sinas, quilibet crinis tui cincinni, aut antiarum ·*[illegible]*arum æquivalet centum Sinis*, ſeu *centum habet plicas noduloſve* (*laqueos amoris*) *quos tendis parafve ſuper roſam rubicundam* (*genam*) *ex hyacinthicis ramuſculis in multiplices nodos dependentibus* (*crinibus in annulos criſpatis.*) تجنيس *teǧnīs* autem *æquivocatio*, *ſeu* vox duplicem habens ſignificationem, eſt, *inquit meus Author*, ſeptuplex, & ſingularum exempla adfert, quæ tibi communico.

Exemplum تجنيس ناقص *teǧnīsī nākys*, æquivoci defectivi ex بحر هزج مثمن مكفوف *bahrī bezeǧī müsemmen mekfūf*, *h. e.* quadrimetrum decurtatum per licentiam كف *kef*

kef dictam زهي كرد و زهي كرد زهي درد و زهي درد زهي درد و زهي درد زهي برد و زهي برد *zehī kürdü zehī kerd zehī dürdü zehī derd. zehī dürdü zehī derd: zehī bürdü-zehī berd*, ubi æquivocum eſt in vocibus eodem modo iiſdemque literis ſcriptis, ſed cum diverſa motione, *ſeu* diverſis vocalibus, ideoque dicitur ناقص *nākys*, deficiens.

Exemplum æquivoci redundantis aut ſuperadditi تجنيس زايد *teğnīsī zāid* dicti ex eodem genere هزج *hezeğ*, ſed cum licentiis, ut dicatur هزج صدر و ابتداء جزو سوم و هفتم سالم وجزو دوم و ششم محذوف وعروض وضرب مقصور *hezeğī ſædr we ibtidāī ğiüzwī süwümü heftüm sālim we ğiüzwī düwümü šešüm mæhzūf we ærūzu zærb mæksūr*, چه مكتوبش نويسم چو باشد خامه ام خام مگر ان سرو گل رخ برد در نامه ام نام *či mektūbeš-nüwiſem: čiü bāšed chā-me em chām. meger ān ſer-wī gül ruch: bered der nā-me em nām*, ubi propter ه *he* finale additum نام نامه *nām*, dicitur ſuperabundans, *ſeu* auctum æquivocum.

Exemplum æquivoci تجنيس مركب *teğnīsī mürekkeb* dicti زغم خواري كشم درعشق آن دلبر كه ان غمخواري ازشادي بود بهتر *zi ghæm chā-rī kešem der ïškÿ ān dilber. ki ān ghæm chā-rī ez šādī büwed bihter*, ubi compoſitum eſt alterum غمخواري *ghæm chārī* ex غم *ghæm* & خواري *chārī*.

Adfert præterea idem *Vabidius* exemplum æquivoci orthographici تجنيس خطّ *teğnīsī chætt* dicti, ubi voces literarum formâ non differunt, ſed punctis, ut بسر *beſer* & بشر *bešer*, &c. Et varia proſequitur exempla variorum generum & varii artificii, ut cum metaphoris, allegoriis, ſimiliter cadentibus, aliiſque & aliis figuris, tropis, & acuminibus, etiam varia licentiarum poëticarum exempla. Cùm autem omnia ſint Perſica, malim ego nonnulla tibi inde proponere Turcica, ut inferiùs faciam.

Notari autem hîc velim quoad ſcanſionem aut menſuram verſuum, quod etiam innuit meus Author, dimenſionem illam conſiſtere in prolatione, non in ſcriptione: nonnulla enim in Perſicis ſcribuntur, quæ non leguntur, & multa leguntur in verſu, quæ ſcripta non videntur, ut دو *dū*, duo, ſcribitur, quaſi legendum eſſet ex regulis generalibus *dū* longum, & tamen legitur *dü* breve, quaſi non adeſſet و *waw*. Sic etiam non profertur in تو *tū*, tuus, چون *čiūn*, ſiquidem, quoniam, cùm. Sic كه *ki*, ubi ه *he* finale non profertur, چه *či*, quid *eodem modo*. Sic خود *chod*, ipſe, legitur quaſi eſſet ſcriptum خد *chod*, خواستن *chāſten*, velle: legitur quaſi eſſet خاستن *chāſten*, unde litera illa ſuperflua dicitur رسمي *reſmi*, orthographica, *ſeu* ſcripturalis, ut واو رسمي *wāwī reſmī*, هاي رسمي *hāī reſmī*, *h. e.* quæ ſcribuntur, ſed non proferuntur. Pari ratione multa proferuntur, quæ non ſcribuntur, ut fit in annexionibus, *e. g.* جان من *ğiānī men*, anima mea, quod aliàs ex ſcriptura legendum videbatur *ğiān men*. Et in proſa quidem diximus illud *ī* proferendum eſſe breviſſimè & abſque ulla pauſa, quaſi utrumque annexum eſſet unica vox compoſita; ſed in verſu, ſi quantitas metri id exigat, produci poteſt, ut ſi fit metrum مستفعلن *müſtef-ïlün*, dices optimè جان مني *ğiānī menī*, animam meam, quaſi eſſet ſcriptum جاني مني *ğiānī menī*. Et ſic liberè uſurpant Perſæ Turcæque hujuſmodi annexiones tam Perſicas, quàm Arabicas & mixtas. Et ex eadem ratione copulativam quoque و *we*, &, quam diximus Perſis & Turcis proferri in eodem commate *wü*, vel *ü* conjunctim cum vocibus copulatis, *h. e.* ſi vox præcedens terminetur vocali, legendum *wü*, ſi conſonante, *ü*; breviter quidem in proſa profertur, ſed in verſu liberum etiam eſt eam producere pro exigentia metri, ut ex metro مفاعيلن مفاعيلن فعولن *mefā-ïlün mefā-ïlün, fe-ūlün*, legitur بنام خالق وحيّ توانا *benāmī chā-lykū hæjjū tüwānā*, in nomine Creatoris, & vivi, & potentis *Dei*.

Atque, ut meliùs propinatam hucuſque doctrinam percipias, adferamus tandem exempla carminum tam Turcicorum, quàm Perſicorum, ex quibus ritè trutinatis, omnia paucis comprehendas. Præcipuam compoſitionis poëticæ ſpeciem diximus ſuprà eſſe قصيده *kaṡyde*, ſub qua annumeratur غزل *ghazel*. قصيده *kaṡyde* quidem poëma eſt conſtans pluribus diſtichis, nec paucioribus conſtare poteſt quàm tredecim; غزل *ghazel* autem eſt carmen amatorium, *vel* oda conſtans quinque, *vel* ſex, ſeptem, novem, aut undecim, & ad ſummum, quod rarum eſt, tredecim diſtichis. Utrumque autem eodem modo conſtruitur, nimirùm primum diſtichon conſtat duobus rhythmis, quorum primus, nempè primi hemiſtichii deſinentia, dicitur عروض *ærūz*, oblatio. Alter, *ſeu* ſecundi hemiſtichii rhythmus, dicitur ضرب *zarb*, redditio, reliqua diſticha unum tan-

tùm rhythmum habent, & eundem quidem cum illis duobus primis hemiſtichiis, nempe in fine cujuslibet ſecundi hemiſtichii debet eſſe eadem conſonantia. Poëmatis exemplum non dabo, ne tibi tœdio ſit tot verſuum lectio, carminis autem غزل *ghezel* dicti exemplum eſto, quod ſequitur ex Poetæ مسيحي *mesÿhÿ* dicti operibus deſumptum:

دهانك اوشبو چشم خرده بينه   نه يوزدن كورنه يارب يينه
قشوكه كر هلال اويكنديسه   سن انك قاله غل اكسوكلكينه
يوزوكه خال و خط كلدي نتاكم   ايكي كافر كله بركونده دينه
الهي سن بني ابلتمه سينه   صرلمايجه يارك سينه سينه
مسيحي خط كوروب يوزكده ديدي   قومك دشمن يايلدي روم ايلينه

dehānün- oš-bu čeſmi-chor-de bīne. ne jüzden gö-rüne jārebbī jīne.
kæsün-eger-hilāl öjkun-düſe. ſen ānün-kal-maghyl ekſik-ligīne.
jüzün-e chāl-ü chætt geldy: nitākim., iki kāfir gele bir-gün-de dine.
ilāhī ſen-benī ilet-me sīne: ſarylmain-ge jārün-sīnesīne.
mesÿhÿ chæt-görüp jüzün-de didi: koman-düsmen-jājildÿrūm-iline.

Os tuum huicce oculo ſubtilia aut minuta quæque videnti qualiter videatur, cujus formæ repræſentetur, ò Domine! per Deum! denuo?

Si tua ſupercilia imitata eſt, repræſentavit luna nova, id non attribuas ipſius defectui.

Tuo vultui advenit, accrevit cum nævo myſtax recens pullulans, non ſecus ac ſi duo Infideles uno die ad fidem acceſſiſſent.

O Deus! tu me non perducas ad ſepulchrum, donec implicitus adhæſerim pectori dilecti, donec in dilecti amplexus venerim.

Meſyhius visâ in tua facie pullulante barbâ dixit, agite, non parcite, hoſtis extenſus eſt, diffudit ſe in Græcia, aut Rumelia.

Hoc ergò carmen dicitur غزل *ghezel*, conſtatque quinque diſtichis ex genere هزج *hezeğ*, *ſeu* modulationis, & quia eſt per licentiam قصر *kæſr* dictam diminutum quodlibet ejus hemiſtichium tribus metris conſtans, ideo hîc dicetur بحر هزج مسدس و عروض و ضربش مقصر *bahrī hezeğī müſeddes we ărūzu zærbeš mükæſſær*, vel *mæksūr*, genus carminis هزج *hezeğ* dicti hexametri, *ſeu* cujus ſingula hemiſtichia tres habent pedes compoſitos مفاعيلن مفاعيلن فعولن *mefā-ÿlün mefā-ÿlün fe-ūlün* ⏑−−−, ⏑−−−, ⏑−−, in quo ambo rhythmici pedes primi diſtichi ſunt diminuti, aut decurtati per licentiam قصر *kæſr* dictam: eſt enim فعولن *fe-ūlün*, pro مفاعي *mefā-ÿ*, quippe cui dempta eſt finalis ſyllaba لن *lün*. Verſum autem ſic dividendo ſcanderet Tyro, دهانك اوش مفاعيلن *dihānün- oš mefā-ÿlün*, بو چشمي خر مفاعيلن *bu čeſmī chor mefā-ÿlün*, ده بينه فعولن *de bīne fe-ūlün*, & ſic de aliis, quos tibi ideò lineolâ hâc - diviſi. Rhythmus ejus eſt ينه *īne*, baſis autem ejus روي *rewī* dicta, eſt ن *nun*, cui ſuperadditum eſt ه *he* otioſum, quod hîc dicetur وصل *wæsl*, unio, *vel* conjunctio; litera autem quieſcens, quæ præcedit baſim, *i. e.* ن *nun*, eſt ي *je*, & dicitur ردف *ridf*, ideoque dicetur قافيهٔ مردف *kāfiei müreddef*; motio autem literæ præcedentis, quæ eſt ِ *keſra*, dicitur حذو *hæzw*; motio baſis, quæ eſt َ *fetha*, dicitur مجرى *meğrā*, & ſic ad hunc rhythmum concurrunt tres literæ & duæ motiones, *ſeu* vocales, & noſtro modo duæ ſyllabæ; ita ut quilibet verſus ſit undecim ſyllabarum, ut vides; عروض *ărūz* autem oblatio, *ſeu* columna, cui tota carminis fabrica innititur, eſt hîc بينه *bīne*, ſeu خرده بينه *chorde bīne*, finalis vox primi hemiſtichii, cui correſpondet rhythmo finis ſecundi hemiſtichi, nempè يينه *jīne*, & dicitur ضرب *zærb*, redditio, pulſatio. Reliqua autem diſticha habent rhythmum his duobus correſpondentem, eorumque prima hemiſtichia rhythmo non indigent, ideoque dicitur tale hemiſtichium خصى *chæsÿ* caſtratum. Initium quoque primi diſtichi, *ſeu* prima vox vocatur صدر *ſædr*, uti ultimi عجز *ăğz*. Porrò ultimum diſtichon dicitur شاه بيت *ſāh bejt*, vel شه بيت *ſeh bejt*, *q.* regium diſtichon, in quo nempè acumen præcipuum debet eminere. Atque ii, hoc ultimo diſticho شه بيت *ſeh bejt* dicto ſolent Poëtæ ſuum nomen, *ſeu* cognomentum Poëticum ſibi ad libitum adſcitum apponere, ut hîc مسيحي *mesÿhÿ*, *q.* Chriſtianus. Denique artificium, acumina, tropos figuraſve, quibus intexun-

intexuit & adornavit Poëta hoc carmen, ipſe, ſi vim verborum intelligas, dignoſcere potes. Aſſimilari vides objecti amati ſupercilia myſtacibus ſuper os ejus primùm pullulantibus, utraque autem ob ſubtilitatem arcûs formam & pulchritudinem primæ creſcenti lunæ. Vides comparari eoſdem recens nigricantes myſtaces, nævumque ob nigrorem genarum albedini gratiam addentem duobus Infidelibus ad fidem uno die converſis, ex quo nimirum gaudium oritur & jubilatio. Vides in quarto diſticho æquivocationem, *ſeu* luſum in vocibus سينه *sīne* repetitis; prima eſt Dativus τῷ سين *sīn* 1. ſepulchrum, ſecunda, ſi nuda ſit, eſt سينه *sīne* 2. pectus, tertia eſt adjectio poſſeſſivi tertiæ perſonæ in Dativo: سينه سي *sīneſi* enim eſt *pectus ejus*, unde سينه سينه *sīresīne* eſt *pectori ejus*. In ultimo tandem ſe ipſum animat ad amoroſum cum eo bellum, comparando nigreſcentem ejus novellam barbam candidis genis accreſcentem exercitui Infidelium Græciam Fidelium, ut intendit, ſedem invadentium, &c. &c.

Alterum exemplum hujuſmodi carminis غزل *ghæzel* dicti ex libro ديوان حافظ *diwānī hāfyz* dicto, toti Orienti ob elegantiam verſuum laudatiſſimo depromptum, eſtque primum ejuſdem *Hafyz* operum carmen.

الا يا ايها الساقي ادر كاسا و ناولها — كه عشق آسان نمود اول و لى افتاد مشكلها
ببوي نافهٔ كاخر صبا زان طرّه بكشايد — زتاب جعد مشكينش چه خون افتاد در دلها
بمى سجّاده رنكين كن كرت پير مغان كويد — كه سالك بيخبر نبود ز راه و رسم منزلها
مرا در منزل جانان چه جاي عيش چون هردم — جرس فرياد ميدارد كه بربنديد محملها
شب تاريك و بيم موج وكردابى چنين هايل — كجا دانند حال ما سبكباران ساحلها
همه كارم زخود كامى ببدنامى كشيد آخر — نهان كى ماند آن رازي كزو سازند محفلها
حضوري كر همي خواهي ازو غايب مشو حافظ — متى ما تلق من تهوي دع الدنيا واهملها

1. *elā jā ej-jühesſākȳ: edir kāſen-we nāwilhā. ki ȳſk āsān-nü-mūd ewwel: welī üftā-dü müšküilhā.* 2. *be būī nā-feī kāchyr: ſebā ān tur-re bükšājed. zi tābī ğær-dī müškīnes: ci chūn üftā-dü der dilhā.* 3. *be mej ſeggsu-de rengīn kun: geret pīr-i-müghān gūjed. ki sālik bī-chæber nebwed: zi rāhü ref-mī menzilhā.* 4. *merā der men-zili ğiānān: ci ğiāi ây-si ciün her dem. ğeres ferjā-dī mī dāred: ki ber bendī-dī mæhmilhā.* 5. *šebī tā-rī-ku bīmī mewğ: ügirdābi-ciünīn hāil. küğiā dānen-dī hālī mā: ſebükbārā-nī sāhylhā.* 6. *hemekārem-zi chod kāmī: bebed nāmī-kešīd āchyr. nihān kej mā-ned ān rāzī: kezo sā-zen-dī mæhfilhā.* 7. *huzūrī ger-hemī chāhī: ezū ghāīb-mešew hāfyz. metā mā tel-kæ men tehwā: de-ȳd-dünjā-we ehmilhā.*

Septem ſunt diſticha, quæ ſic latinè reddi poſſunt.

1. Agedum ò pocillator, circumfer pateram & ſingulis porrige, quia amor primâ fronte videbatur facilis, ſed acciderunt multæ difficultates. *Si nimirum formoſæ alicui amorem oſtenderis*, explicat *Sūdī* hujus Authoris commentator, *ea ſtatim variis blandimentis te magis magiſque illaqueare conatur, ſed poſtea renitentiam oſtentans, tibi magnas ſuſcitat moleſtias, quas cùm amans ſufferre non poſſit, modò vino, modò oppio aliiſve potionibus ſe quodammodo reſocillare animumque confortare aggreditur.*

2. Propter odorem, *aut* in ſpem unius veſicæ moſchi, quem tandem Zephyrus diſſolvit aut diſpergit ex illis antiis, *ſeu* ex illa dilecti cæſarie diſperſurus eſt, quantus ſanguis ex illis nodis moſchatæ, *ſeu* fragrantis illius cæſariei incidit in corda ſpectantium: *cùm enim criſporum crinium nodi difficulter ſolvantur, adeoque Zephyrus non ſtatim eos diſſolvat, aut fragrantiam illam impertiatur, majori ſemper deſiderio afficitur amans, quod ſignificat* ſanguinem in cor incidere.

3. Vino aſpergas tingaſve tapetem, (*precibus peragendis ſterni ſolitum*) ſi tibi id Caupo (*Abbas*) dixerit: non enim ignorat viator aut dux viæ viam modumque ac conſuetudinem hujuſmodi, *i. e.* ut explicat *Sudius*: *Si tibi Caupo dixerit, ut vino veſtes tuas commacules, non renuas, ſed illius ſequaris conſilium, cùm enim ipſe quotidie videat apud ſe compotantes egregios viros, potûſque effectûs aut operationes expertus ſit, non ignorat conſuetudines, leges, modoſque bibendi: dictis ergò illius parendum videtur, ne poſtea ob ſe-*

quenſem crapulam facti te pœniteat; id tamen totum ſolent myſticè explicare, debitæque ſuperioribus obedientiæ Religioſos admonere.

4. Mihi in hoſpitio formoſorum, dilectorum, quis locus converſationis? ſiquidem ſingulis momentis, continuò campana conclamat, *ſeu* edicere videtur, ſarcinas componite, colligate. Et quia in aliis exemplaribus *loco* جاى *ğiài*, eſt امن *emn*, ſic illud reddit aut explicat *Südius*. *Quomodo ego tutè aut quietè vivam in converſatione formoſorum? ſiquidem continuò ſeparationis ſigna dantur, unde aſſidua requiritur occaſionis captatio, ſi re amatâ frui cupis, quod eſt difficile, &c.*

5. Nox tenebroſa, & timor fluctuum *proceloſi Maris* & gurgitis, hujuſmodi metus ac periculum *cùm præſto ſit*. Ubi (quomodo) ſciant ſtatum noſtrum leviter onuſti, *ſeu* onere levati ac liberi incolæ littoris, *ſeu* qui jam ad littus pervenerunt, ibique onera ſua depoſuerunt, *i. e. tenebra noctis ſeparationis, ſeu abſentia amati objecti, metus ab æmulo, aut, ut loquimur, corrivali, timorque ne voragine perpetuæ ſeparationis abſumamur, nos afficiunt, cùm taliter conſtituti ſimus, unde ſtatûs noſtri conſcii fiant illi, qui in littore fruitionis rei amatæ conſtituti, neque ab æmulis ſibi timent, neque ſeparationis metu afficiuntur.*

6. Omnis mea operatio aut occupatio, ex eo quòd propriam meam voluntatem ſequar, tendit aut converſa eſt in malum nomen, ſeu, ut loquimur, malam mihi reputationem conciliavit. Ecquando tectum occultumque maneat ſecretum, de quo inſtituantur conventicula aut converſationes? *i. e. ex eo quòd me voluntati formoſorum non accommodem, ſed propriam ſequar, malè ubique audio; cùm enim requirat amor, ut non ſolùm perſonæ amatæ addictus omnem honorem ſervitiumque præſtes, ſed etiam amicis proximiſque ejus, immò cani ejus, juxta proverbium* ايسنى اغرلیان ایتنه کك اتر *iſini aghyrlajan itine ğemuk atar*, qui Dominum honorat, cani ejus os projicit; *ita qui magis proprium deſiderium explere curat, quàm eam dilectæ ſuæ ſubjectionem exhibere, indiſcreti amantis nomen acquirit; cùm autem amor occultari cupiat, quippe qui in intimo corde ſedem fixit, quomodo, ſi tot circumſtantiæ aut perſonæ amatæ aut ab hac amatis omnibus perſonis & rebus deferentiæ & ſubmiſſiones exiguntur, occultari poſſit ſecretum amoris, de quo paſſim fiunt in quolibet conventiculo confabulationes; quod enim pluribus, quàm duobus notum eſt, divulgabitur juxta dictum Prophetæ* كل شئ جاوز الاثنين شاع *küllü ſejin ğiäwezel-eſnejni ſiâ-â*. Quicquid excedit notitiam duorum diuulgatum eſt.

7 Si quietem amas, ô *Häfis*, hoc non negligas, ſi vis frui re amatâ, *ſeu* pervenire ad fruitionem boni amati, *vel* amandi, valedic mundo, *ſeu* mundanorum abjice curam, *quod per ſe clarum eſt*.

Hoc ultimum hemiſtichium, uti & primum primi diſtichi, ſunt, ut vides, Arabica, reliqua Perſica.

Carmen hoc eſt ex genere هزج سالم *hezeği sâlim*, aut, ut alii volunt, alterius generis, menſura ejus eſt مفاعيلن *mefâ-ÿlün* quater in ſingulis hemiſtichiis repetitum. عروض *ârüz*, *ſeu* oblatio ejus eſt ناولها *näwilhâ*, cui reſpondet ضرب *zarb* rhythmus ſecundi hemiſtichii مشكلها *müſkilhâ*, unde rhythmus eſt لها *ilhâ*, cujus baſis روى *rewi* dicta eſt litera ل *lâm*. Quòd ſi fuiſſet in rigore rhythmus Arabicus, debuiſſet eſſe in omnibus اولها *äwilhâ*, & tunc motio literæ præcedentis, *ſeu* vocalis ´ *fetha* dicta fuiſſet رس *res*, ا *elif* fuiſſet ردف *ridf*, ſeu الف تأسيس *eliſi teesis*, و *waw* fuiſſet حرف دخيل *harfi dachyl*, cujus motio, *ſeu* vocalis ¸ *keſra* dicta fuiſſet اشباع *iſbâ*. Sed, uti dictum eſt, Perſæ ac Turcæ hunc rigorem non ſervant, uti hic totus rhythmus conſiſtit in quatuor literis & tribus vocalibus, unde نا ولها *näwilhâ* reſpondent alii rhythmi مشكلها *müſkilhâ*, دلها *dilhâ*, منزلها *menzilhâ*, &c. Verſus autem Tyronibus ſic ſcanduntur الايا اي مفاعيلن *eläjä ej. mefâ-ÿlün*, بهسالساقي مفاعيلن *jühes-sâkÿ mefâ-ÿlün*, ادر كاسا مفاعيلن *edir kâſen mefâ-ÿlün*, و نا ولها مفاعيلن *we näwilhâ mefâ-ÿlün*, كه عشق آسان مفاعيلن *ki jiſk âsân mefâ-ÿlün*, نمود اوّل مفاعيلن *nümüd ewwel mefâ-ÿlün*, ولي افتا مفاعيلن *weli üftâ mefâ-ÿlün*, د مشكلها مفاعيلن *dü müſkilhâ mefâ-ÿlün*. Ubi primò advertas velim, pauſam ſemper in medio fieri, ubi ſenſus eſt quodammodo partialiter completus. Nota in ſecundo hemiſtichio افتاد *üftâd* eſſe propriè diſſyllabum, & tamen in ſcandendo carmine legi quaſi triſyllabum *üftâdü*, cùm enim ultimus pes, *ſeu* ultimum metrum debeat eſſe quadriſyllabum cum prima brevi, ü-tâ autem

tem abſque hoc ſit per ſe longum, ſic in legendo additur finali breve *ü*, vel *ī*, ut completa ſit menſura, quod etiam licet in poſitione, ut in كجا دانند حال ما, quod ſic legitur *küğiā dānen-dī hāli mā.*

Scias porrò, Poëtas Orientales hoc carminum genere غزل *ghazel* dicto maximè delectari, in eoque vim ingenii ſui artiſque magiſterium oſtentare ſolere, uti, *v.g.* Poëtæ Italici in carminibus, quæ *Sonetto* vocant, acumen ingenii artiſque peritiam patefacere ſtudent. Deducunt itaque cadencias, *ſeu* rhythmos per omnes Alphabeti literas, incipiendo ab ا *elif* uſque ad ي *je*, & quando tot fecit aliquis, quot literæ ſunt, & quidem varia variorumque generum carmina in ſinguiis literis, tunc dicitur ديوان صاحبي *diwān sābybi*, & حافظ *hāfyz*, opusque tale vocatur ديوان *diwān.* Unde fit, ut noſter hic Author ob elegantiam versûs in toto ejuſmodi opere ديوان حافظ *diwānī hāfyz* dicto, eminenter dicatur حافظ *hāfyz*, quod etiam cognomentum, ſibi in carminibus ſuis aſſumpſit. Aliàs nomen ejus eſt . . .

Atque in prædicto opere ipſius leguntur 15. غزل *ghazel*, *ſeu* odæ in ا *elif*, *ā* deſinentes. In ب *be*, *b*, ſeu *eb*, *ib*, *üb* 4. In ت *te*, *t*, 90. In ث *s*, una. In ج *ğim*, *ğ*, una. In ح *hā*, *h*, 2. in خ *chy*, *ch*, una. In د *dal*, *d*, 165. In ذ nulla. In ر *re*, *r*, 15. In ز *ze*, *z*, 12. In س *ſin*, *s*, 56. In ش *šin*, *š*, 22. In ص *ſad*, *ſ*, 2. In ط *ty*, *t*, una. In ظ *zy*, *z*, una, In ع *ājn*, *ʾ*, 4. In غ *ghæjn*, *gh*, una. In ف *fe*, *f*, una. In ق *kaf*, *k*, 3. In ك *kef*, *k*, 3. In ل *lām*, *l*, 10. In م *mim*, *m*, 77. In ن *nun*, *n*, 25. In و *waw*, *u*, vel *w*, 11. In ه *he*, *h*, vel *e*, 17. In ي *je*, *ī*, vel *j*, 77. & ſic in univerſum in unum volumen reduxit Carmina hujuſmodi, *ſeu* gazellas numero 569. à ſe variis temporibus compoſitas.

Quòd ſi denique carmen hoc velis ad etymologiam revocari, fiat exercitationis Grammaticæ causâ.

Initio primi diſtichi vox Arabica الا *elā* dicitur *Sūdio* ejus commentatori probatiſſimo حرف استفتاح *hærfī iſtiftāh*, particula inchoativa, quæ aliàs dicitur حرف تنبيه *hærfī tembīh*, particula, *ſeu* adverbium aut interjectio excitandi, Age, eja, *Sù*, ſus, holà. يا *jā*, ô, حرف ندا *hærfī nidā* dicitur, *adverbium vocandi.* اي *ejjü*, quicunque es, منادي *münādā*, eſt *vocatum*, ها *hā* ipſi adjecta dicitur حرف تنبيه *hærfī tembīh*, interjectio excitantis, الساقي *eſsākȳ*, eſt verum منادي *münādā* vocatum, *quaſi diceres*, ô quiſquis es tu pocillator; ساق *sākȳ* quidem dicitur propriè *aquarius*, qui aquam defert præbetve, *vulgò ſaka; ſed* & pro *pocillatore*, *qui in conſeſſu compotatorum pateram aut ſcyphum vino implet & ſingulis in orbem porrigit* ſumitur. ادر *edir* circumfer, in orbem age, eſt Imperativus Verbi ادار *edāre*, *quartæ Conjug.* à radice دار *dāre*, pro دور *dewere*, quod eſt concavum & conjugatur ut قال *kāle*, dixit. كاسا *kāſen*, ſcyphum, in Accuſativo tanquam caſus Verbi Activi. Aliàs eſt كاس *kees*. *Pl.* كؤوس *küūs*, كياس *kiās*, & كاسات *keesāt*, propriè poculum vino plenum aut cyathus vinum continens, & *aliquando ipſum* vinum. و *we*, &, حرف عطف *hærfī ætf*, particula conjunctionis, *ſeu* conjunctio copulativa, ناولها *nāwilhā*, porrige eam, ناول *nāwil* eſt Imperativus Verbi ناول *nāwele*, *tertiæ conjug.* à radice نال *nāle* Verb. concav. ut قال *kāle*, ها *hā* illi affixa, ضمير مؤنث *zamīrī müennes*, pronomen relativum affixum fœmininum, quod كاسه راجعدر *kāſe rāği-dür* refertur ad *kās*; كاس *kās* autem, *ſeu* كاس *kees* terminatione videtur maſculinum; ſed ſciendum, quòd fortaſſis debito loco non expoſui, non ſolùm خمر *chæmr*, vinum, ſed omnia alia nomina vini, ejuſque inſtrumenta, epitheta, & quæcunque ad vinum pertinent, uſurpari in fœminino genere, unde & hîc كاس *kās*, ſeu *kees* cenſetur fœmininum. Secundi hemiſtichii initialis كه *ki*, quia, هاي رسميله *hāi reſmi ile* cum *he* otioſo, eſt hîc حرف تعليل *hærfī tæ-lil*, conjunctio cauſalis. عشق *ïſk*, vulg. *āsk*, amor, *pec.* intenſus, آسان *āsān*, facilis. نمود *nümūd*, viſus eſt, فعل ماضي *fi li māzȳ*, Præteritum perfectum Verbi نمودن *nümūden*, quod لازم ايله متعدّي مابيننده مشتركدر *lāzüm ile mute-āddī bejninde müsterektür*, Verbum eſt commune paſſivæ & activæ ſignificationis, oſtendere & oſtendi, *ſeu* videri, *monſtrare*, & *parere*: hîc autem eſt paſſivæ ſignificationis, amor viſus eſt facilis. ولي *weli*, ſed, *Arabicè* لكن *lākin*, حرف استدراكدر *hærfī iſtidrāktür*, eſt conjunctio adverſativa, افتاد *üftād*, accidit,

dit, فعل ماضي *fiʿli māzy*, Præteritum Verbi افتادن *üftāden*, cadere ſ. accidere, مشكل *müſkil* ſ. difficilis, & difficultas; ها *hā* illi additum eſt ذوي العقول غيرينك ادات جمعي *zewil-ükūlün-edāti ğem-j*, characteriſtica Pluralis nominum non rationalium, & ſic مشكلها *müſkilhā*, difficultates.

2. بوي *būj*, odor, & ſpes. Si pro odore ſumatur, [illegible]fixum ب *be*, dicetur باي سببيت *bāi ſebebījet*, propter, ſi pro ſpe intelligatur, erit باي معيت *bāi me-ījjet*, cum نافه *nāfe*, umbilicus, & veſica moſchi, muſci. In fine autem addita *hemza keſrata* eſt *loco* ي *je*, *ī*, quæ dicitur باي وحدت *jāi wahdet*, *je*, ſeu *i* [illegible]nitatis; nam poſt ه *he* finale otioſum non debet ſcribi ي, ſed *loco* ejus ſcribitur ء, ut hîc; نافهٔ *nāfei*, una veſica, unus umbilicus, كاخر *kāchyr* eſt *pro* كه آخر *ki āchyr*, quem tandem, omnino. آخر *āchyr* enim hîc habetur *pro* voce Perſica. صبا *ſabā*, *propriè* ventus eſt ab ortu flans primo vere ſub Æquinoctium, *apud Poëtas* levis aura, Zephyrus. زان *zān*, pro از آن *ez ān*, ex illo, *vel* illa: از *ez* enim, *vel* ز *zi*, præpoſitio eſt, *ex*, *è*, *à*, *ab*, آن *ān* اسم اشارتدر بعيده *iſmi iſārettür be-ījde*, Pronomen eſt demonſtrativum remoti. طرّه *türre* ſ. *propriè* ſyncipút, pars capitis ſupra frontem, *Arab.* ناصيه *nāſyje*, ſed paſſim uſurpatur in ſignificatione τῦ Antiæ, propendulus in fronte capillus, cincinnuſve, nempe locus *pro* locato, ذكر محل واراده حال *zikri mahall we irādei hāl*. In Plurali habet طرر *turer*. بكشايد *bükſājed* legitur *pro bükūſājed*, quod ſæpe contingit non ſolùm in verſu, ſed etiam in proſa. كشايد *küſājed*, aperiet, diſſolvet, diffundet, فعل مضارع *fiʿli muzāry*, Futurum Verbi كشادن *küſāden*, aperire, & aperiri; Verbum enim eſt commune. Præfixum ei ب *bi*, vel *bü*, dicitur حرف استقبال *harfi iſtykbāl*, particula Futuri. زتاب *zi tāb*, ex nodo aut annulo criſpi capilli, & ز *zi* eſt contractum ab از *ez*, ex, جعد *ğeʿd*, propendulus ſupra genas cincinnus crinium, cirrus, تاب جعد *tābi ğeʿd*, nodus cirri, *h. e.* criſpa cæſaries, annexio eſt duorum Subſtantivorum, unde primo additur in legendo *ĭ* breve, quod, ut antea dictum eſt, in poëſi liberum eſt producere, ut fit hîc in تاب *tābi*, breve autem eſt in ſequenti annexo Subſtantivo reſpectu Adjectivi ſui جعد مشكينش *ğeʿdi müſkīneſ*, cirrus moſchatus, odorem moſchi referens, مشك *müſk* ſ. مسك *miſk* [illegible], moſchum, muſcum, *muſchio*, cui additum ي *ī* tam in Arabicis, quàm in Perſicis eſt ياي نسبت *jāi niſbet*, *je*, ſeu *i* pertinentiæ æquivalens Turcico لو *lü*, & facit Adjectivum poſſeſſivum, مشكي *müſkī*, & مسكى *miſkī*, ad moſchum pertinens, & moſcho imbutus, moſchatus, cui ي *je* Perſæ addunt adhuc نون تأكيد *nūni teekīd*, ut ſit مشكين *müſkīn*, *q.* valde moſchatum; Affixum autem ei ش *eſ*, eſt ضمير غايب جعده راجع *zamīri ghāib*, *ğeʿde rāğiʿ*, Pronomen relativum tertiæ perſonæ, quod refertur ad جعد *ğeʿd*, جعد مشكينش *ğeʿdi müſkīneſ*, cirri moſchati ejus. چه *ći*, quid, *vel* quinam, qualis. Sic چه خون *ći chūn*, qualis ſanguis, quantus ſanguis, افتاد *üftād*, cecidit, incidit, ut ſuprà, در *der*, in, intra, *præpoſitio*, دلها *dilhā*, corda, eſt Plurale regulare Perſicum τῦ دل *dil*, cor, & animus.

3. Tertii diſtichi prima vox eſt بمي *bemej*, vino, *q.* cum vino: مي *mej*, vinum: præfixum ب *be*, cum, *præpoſitio*, رنكين *rengīn*, coloratus, tinctus, à رنك *renk*, color, رنكين كن *rengīn kün*, coloratum effice, tinge; كن *kün* enim eſt Imperativus Verbi كنيدن *künīden* ejuſdem ſignificationis cum كردن *kerden*, facere, efficere. كرت *geret*, ſi tibi, كر *ger*, حرف شرط *harfi ſart*, conjunctio conditionalis, *pro* اكر *eger*, ſi, ت *et* ضمير خطاب *zamīri chytāb*, Affixum pronomen ſecundæ perſonæ, hîc *tibi*, پير *pīr*, ſenex, & ſenior, Præpoſitus, & fundator religionis alicujus aut Patronus. مغان *mughān* Plurale eſt [illegible] مغ *mügh*, Monachus, Infidelis, ignicola, & *nonnunquam* Caupo: unde پير مغان *pīri mughān*, Præpoſitus Monachorum, & Cauponarum Magiſter. كويد *gūjed*, dicet, dixerit, Futurum Verbi كوييدن *gūjīden*, ejuſdem ſignificationis cum كفتن *güften*, dicere. Reſponſio hîc præponitur conditioni, quòd licitum eſt. كه *ki*, quia, حرف تعليل *harfi taʿlīl*, conjunctio cauſalis. سالك *sālik* ſ. *propriè* viator, hîc *pro* Præpoſito Religioſorum, aut *pro* Caupone, پير مغاندن كنايتدر *pīri mughānden kinājettür*, indicat Cauponem, aut Superiorem. بيخبر *bī chaber*, ignarus, eſt compoſitum ex præpoſitione بي *bī*, ſine, & خبر *chaber*, notitia, abſque notitia, *i. e.* notitiâ carens, ignarus, inſcius, & conſtruitur cum Ablat. نبود *nebwed* ratione metri, *pro nebüwed*, non erit, non eſt, زراه *zi rāh*, de via, viæ, modi, inſtituti, و *we*, [illegible]; hîc legitur ut *ü*, ſed longum propter metrum,

quod

quod liberum eſſe ſuperiùs dixi. رسم *reſm*, conſuetudo, præſcriptum, & منزلها *menzilhā*, *Pl. Perſ.* τū منزل *menzil* .. hoſpitium, diverſorium, manſio, &c. hîc intelliguntur *caupona*.

مرا *merā*, mihi, ضمير متكلم *zamīrī mütekellim*, Pronomen primæ perſonæ. در *der*, in, *præp.* منزل *menzil*, diverſorium, habitaculum, جانان *ğiānān*, eſt regulariter *Pl.* τū جان *ğiān*. *q.* animæ, ſed communiter ſumitur pro *formoſis*, aut *amaſiis*, *dilectis*. چه *ći*, quid, & qualis, كلمهٔ استفهام *kelimeī iſtifhām*, dictio, *ſeu* pronomen interrogativum. جاي *ğiāj*, ſeu جا *ğiā*, locus, جاي عيش *ğiāī ǎjś*, locus victûs, vivendi, eſt annexio Subſtantivi cum altero, [illegible] ش *ǎjs*, vul. *jś*, vita, victus, vivere, vitam ducere, & converſari. چون *ćiūn* pro چونكه *ćiünki*, ſiquidem, quandoquidem, cùm; هر *her*, omnis, quilibet, ſinguli, كل افراد *küllī efrād* .. ſinguli, دم *dem*, tempus. هردم *her dem*, omni tempore, ſemper, continuò, جرس *ğeres*, campana, tintinnabulum. فرياد *ferjād*, clamor implorantis auxilium, ميدارد *midāred*, tenet; præfixum مى *mī* معناي حاليت افاده ايدر *maʿnāī hālijet ifāde ider*, indicat aut importat ſignificationem Præſentis, ut ب *bi*, vel *bü* Futuri; fit tamen aliquando uſurpatio unius pro altero, utrumque autem interdum continuationem actionis denotat. Additur autem *ſeu* præfigitur interdum τū مى *mi*, ه *he*, همى *hemī*, quod ه *he* tunc dicitur هاي تأكيد *hāī teekīd*, *he* confirmationis, دارد *dāred*, فعل مضارع *fiʿlī muzāryʿ*, Futurum Verbi داريدن *dārīden*, ejuſdem ſignificationis cum uſit. داشتن *dāśten*, habere, tenere, & hîc eſt Verbum auxiliare, فرياد ميدارد *ferjād mī dāred*, clamorem edit, conclamat, edicit. كه *ki*, ut, quòd, hîc merè redundat. بربنديد *berbendīd*, بر *ber* præfixum confirmationis ergo eſt, abſque eo enim etiam ferè idem ſignificaret بنديد *bendīd*, colligate & colligite, فعل جمع امر مخاطبدر *fiʿlī ğemʿ-ī emrī muchātybtür*, eſt Plurale Imperativi ſecundæ perſonæ à Verbo بنديدن *bendīden*, ejuſdem ſignificationis cum uſit. بستن *beſten*, محملها *maḥmilhā*, *Pl. Perſ.* τū محمل *maḥmil* .. onus, ſarcina: colligate & colligite ſarcinas.

5. شب *śeb*, nox, تاريك *tārīk* obſcuritas, & obſcurus, شب تاريك *śebī tārīk*, annexio eſt, nox tenebrarum, *vel* nox obſcura, و *ü breve*, &, conjunctio copulativa, بيم موج *bīmī mewğ*, annexio eſt, timor undæ, fluctûs, بيم *bīm* p. قورقو *korku*, timor, موج *mewğ* .. دكز تلازي *deniz talazi*, procella, و *ü breve*, &, كردابي *girdabī*, gurges unus, aut vortex aquæ. ي enim finale ejus dicitur ياي وحدت *jāī waḥdet*, *je*, vel *ī* unitatis, aut certè ياي تنكير *jāī tenkīr*, *je*, vel *i* indeterminationis, *q.* aliquis vortex, gurges, & ſic بيم موج وكردابي *bīmī mewğiü girdābī*, timor procellæ & alicujus periculoſi vorticis, چنين *ćiūnīn*, hujuſmodi, eſt compoſitum ex چون *ćiūn* abbreviato, ut ſit چن *ćiün*, & ex اين *īn* pariter abbreviato; چون *ćiūn* dicitur ادات تشبيه *edātī teśbīh*, adverbium ſimilitudinis, اين *in* اسم اشارت قريب *iſmī iśāretī karib*, Pronomen demonſtrativum propinqui, eſt ergo propriè, *ſicut hic*, *i.e.* hujuſmodi, هايل *hāil* .. terrificus, periculoſus, à هول *hewl*, terror, & res terribilis, كجا *kuğiā*, ubi, *pro* quomodo, *vel* ubinam gentium? دانند *dānend*, ſcient, ſciant, جمع غايب فعل مضارع *ğemʿ-ī ghāibī fiʿlī muzāryʿ*, tertia perſona pluralis Futuri *ſeu* Aoriſti à Verbo دانيدن *dānīden*, ejuſdem ſignificationis cum uſit. دانستن *dāniſten*, ſcire, nôſſe, حال ما *hālī mā*, ſtatum noſtrum, annexio eſt. حال *hāl* .. ſtatus, & res, negotium, سبكباران *ſebükbārān*, onere levati, eſt *Pl.* τū سبكبار *ſebükbār*, tanquam nominis hominis, de homine enim intelligitur. سبكبار *ſebükbār* compoſitum eſt ex سبك *ſebük*, levis, & ex بار *bār*, onus & ſimul acceptum ſignificat *leve onus habens*, & *onere levatus*. ساحلها *sāhylhā*, oræ Maris, littora, *Pl. Perſ.* τū ساحل *sāhyl* .. ora Maris, littus, سكباران ساحلها *ſebükbārānī sāhylhā*, eſt annexio duorum Subſtantivorum.

6. همه *heme*, omnis, كار *kār*, actio: affixum ei م *em*, eſt ضمير متكلم *zamīrī mütekellim*, Pronomen primæ perſonæ poſſeſſivum, كارم *kārem*, actio mea, زخود كامى *zi chod kāmī*, ز *zi*, ex, خود *chod*, ipſe, كام *kām*, voluntas, Compoſitum خودكام *chodkām*, propriam qui ſequitur voluntatem, additum ي *je*, حرف مصدر *harfī maſdar*, *q.* particula Infinitivi, quæ facit abſtractum, & æquivalet Turcico لق *lyk*, unde eſt propriam voluntatem ſequi, ببدنامى *bebednāmī*, ad ignominiam. Præfixum ب *be*, حرف صله *harfī ſyle*, ad, بد *bed*, malus, نام *nām*, nomen, بدنام *bednām*, malum nomen habens, affixum ي *i*, facit abſtractum, ut in præcedenti, malè audire, كشيد *kesīd*, converſus

versus

verſus eſt, vergit; آخر *āchyr*, tandem, *finalmente.* نهان *nihān*, occultus, abſconditus, abbreviatum à پنهان *pinhān.* كي *kej*, quando, ماند *māned*, manebit, maneat, فعل مضارع *fi'li müzāry'*, Futurum, *ſeu* Aoriſtus Verbi communis مانيدن *mānīden*, ejuſdem ſignificationis cum ماندن *mānden*, manere & relinquere, *ſeu* ſinere manere, *etiam* ſimilem eſſe. آن *ān*, ille, اسم اشارت بعيده *iſmi iſāret be'jde*, Pronomen demonſtrativum remoti. راز *rāz*, ſecretum, occulta res, affixum ي *ī* denota unitatem, *vel* indeterminationem, رازي *rāzī*, aliqua res occulta, ſecretum unum. كزو *kezū*, de quo, اوچ كلمدن مركبدر *üč kelimeden mürekkebtür*. compoſitum eſt ex tribus voculis, ex كه *ki*, quod, cujus ه *he* otioſum ademptum eſt, ex از *ez* & ex او *ō*, vel *ū*, is, ea, id. & ſic eſt *pro* كه ازاو *ki ez o*, او *o*, *ū*, ضمير مرفوع منفصلدر *zamīri merfū' münfæſyldür*, Pronomen eſt relativum disjunctum, *ſeu* ſeparatum; eſtque modus loquendi ſimilis Turcico, *etiam* vulgari Polonico, ut dixi in Etymologia, quòd de eo, *hoc eſt*, de quo, co o nim. سازند *sāzend*, faciunt, parant, conficiunt, فعل مضارع جمع غايب *fi'li muzāry' ğem' ghāib*, tertia Pluralis Futuri, *ſeu* Aoriſti Verbi سازيدن *sazīden*, ejuſdem ſignificationis cum uſit. ساختن *sächten.* محفلها *mæhfilhā*, conſeſſus, congregationes, Plurale eſt Perſicum τῦ محفل *mæhfil*.

7. Ultimi diſtichi prima vox eſt حضوري *huzūrī*, quietem aliquam, cum addito *ſeu* affixo ياي وحدت *jāī wæhdet*, *ī* unitatis, *ſeu* ياي تنكير *jāī tenkīr*, indeterminationis. حضور *huzūr*, propriè eſt *præſentia*, نقيض غيبت *nækyzy ghæjbet*, contradictorium abſentiæ, & مقابل سفر *mukābili ſefer*, oppoſitum itinerationi, ſubſiſtentia, conſiſtentia in loco; hîc autem eſt *quies*, حضوري كر همى خواهي *huzūrī ger hemī chābī*, ſi aliquam optas quietem, كر *ger*, ſi, *conjunctio*, pro اكر *eger*, همى *hemī*, حرف حال *hærfī hal*, particula Præſentis, خواهى *chābī*, vis, فعل مضارع مخاطب *fi'li muzāry' muchātyb*, Aoriſtus ſecundæ perſonæ Verbi خواهيدن *chābīden* ejuſdem ſignificationis cum uſit. خواستن *chāſten*. velle, optare, cupere, ازو *ezo*, ab eo, *pro* ازاو *ez o*, غايب *ghāib*, abſens, مقابل حاضر *mukābili hāzyr*, oppoſitum τῦ حاضر *hāzyr*, præſens, ſed hîc eſt *incautus*, *improvidus*, *aut negligens*, prout in nonnullis etiam Exemplaribus legitur غافل *ghāfil.* مشو *meſew*, non ſis, فعل نهى حاضر يعنى مخاطب *fi'li nehjī hāzyr*, *jæ'nī muchātyb*, ſecunda perſona Singularis Imperativi, & ſic ازو غايب مشو *ezo ghāib meſew*, non ſis abſens, non abſis ab hoc, *i. e.* id non negligas; nam ut in Turcicis غافل اولمق *ghāfil olmak*, ita in Perſicis غافل شدن *ghāfil ſüden*, negligere, conſtruitur cum Ablativo. حافظ *hāfyz*, ô Hafyz, ſubticetur enim حرف ندا *hærfī nidā*, اي *ī*, ô, Adverbium vocandi. متى *metā*. ut, ad hoc ut, *propriè*, quando, ſi quando, اسماء منقوصه دندر *eſmāī mankūſeden dür*, eſt ex Nominibus defectivis, apud nos Adverbium temporis, *aut* Conjunctio conditionalis; hîc *ad hoc ut.* ما *mā* ipſi additum, eſt حرف زايد *hærfī zāid*, particula redundans. تلقى *telkæ*, convenias, videas, فعل مضارع مخاطب *fi'li muzāry' muchātyb*, ſecunda perſona Futuri Verbi لقى *læka*, ſeu *lækyje*, Fut. يلقى *jelkā*. Eſt ergo تلقى *telkæ* pro تلقى *telkā*, & متى ما تلقى *metā mā telkā*, eſt *pro* متى اردت ان تلقى *metā eredte entelkā*, quando volueris, ut convenias, ſi pervenire cupias ad.. من *men*, is qui, indeclinabile, اسم موصول *iſmi mewsūl*, Pronomen relativum, & eſt hîc caſus Verbi, *quaſi dicas* eum, *vel* ad eum, qui, *ſeu* hic, quem, تهوي *tehwā*, amas, appetis, فعل مضارع مخاطب *fi'li muzāry' muchātyb*, ſecunda perſona Futuri, hîc præſentis Verbi هوي *hewā*, ſeu *hewije*, Fut. يهوي *jehwā*. debebat eſſe تهواه *tehwāhü*, juxta conſtructionem Arabici relativi الذي *ellezi*, من *men*, &c. Sed hîc omiſſum eſt Pronomen illud relativum دع الدّنيا *de-'yd-dünjā*, ſine, relinque mundum, valedic mundo, دع *de'*, امر مخاطبدر *emrī muchātybtür*, ſecunda perſona Imperativi Verbi (ſed in hac ſignificatione in aliis temporibus inuſitati) ودع *wæde-'æ*. Participia tamen uſurpantur nonnunquam à Poëtis, ſed ندرتله *nedretile*, raró, nimirum وادع *wādy'*, relinquens, miſſum faciens, & مودوع *mewdū'*, miſſus factus, relictus. Noteſque propter ſequentem articulum, *ſeu* ejus وصل *waslum*, *h. e. elif* unionis, جزمه *ğezmæ* mutari in *keſram*, & dici دع الدّنيا *de-'yd-dunjā*, relinque, miſſum fac mundum, و *we*, &, اهملها *ehmilhā*, intermitte, miſſum fac eum. اهمل *ehmil* enim eſt Imperativus Verbi اهمل *ehmele* quartæ Conjugationis à radice همل *hemele*; ها *hā* autem ei affixum, eſt ضمير منسوب *zemīrī mensūb*, Pronomen affixum relativum fœmininum, quia refertur ad دنيا *dunjā* fœminini generis.

Huic

Huic poëmatum generi annumeratur, ut ſuprà innui, قطعه *kyt-â*, ſegmentum, ſectio, ſpecies carminis ferè ſimilis huic غزل *ghazel*, rhythmum *ſcilicet* eundem habens in ſingulis diſtichis cum primi diſtichi binis hemiſtichiis, & ut plurimum eſt doctrinalis, ut exſtant aliquot Dictionaria Arabica & Perſica hujuſmodi verſu ad juvandam puerorum aut Tyronum memoriam compoſita, *e. g.* Dictionarium Perſicum Turcicè explicatum لغت شاهدي *lughati ſâhidi* dictum, cujus prima ſectio *ſeu* قطعه *kyt-â* eſt hæc:

تكرينك آدي دررايزدويزدان خداي — دلخي بزرك اولو يول كوستريجي رهنماي

تم دخي پيغمبر اول كيم ويره حقدن خبر — باي تو = غردرر يوخسله ديرلركداي

tân-riniñ-â-di dürür: izidü jez-dân chudâj. dâchy büzürg-ülu jol: göſteriği-rehnümâj. kim dachy pej-ghember ol: kim wire hak-t-n chaber. bâi tüwân-ger dürür: jochsüle dir-ler gedâj.

(k.) قضارا زني ازبام خانه دركوچه مي نكريست ازسركرداني زاهد فهم كرد كه مرد غريب است اورا بمقام خود دعوت كرد *kazārā zeni ez bāmi chāne der kūce mī nigeriſt, ez ſergerdānii zāhid fehm kerd ki merdi gharīb eſt, orā bemekāmi chod daꜥwet kerd.* Fortè quædam mulier ex tecto ſeu ſuperiori parte domûs in plateam reſpiciebat, ex conturbatione Monachi, intellexit cognovitve eum eſſe extraneum, ipſum ad ſuam domum hoſpitiumve ſuum invitavit. قضا *kazā* a. decretum, fatum, Perſis autem ſæpe *, forsè, fortunâ, fataliter, caſu, contigit ut,* cui ſæpe addunt, ut hîc, را *rā*, قضارا *kazārā*, fato, propter *vel* per fatum, &c. زني *zenī*, una *ſeu* quædam mulier, بام *bām* p. tectum, *&* ſuperior pars. كوچه *kūce*, vel *koce* p. platea, forum, مي نكريست *mī nigeriſt*, Imperf. سركرداني *ſergerdānī* p. Abſtractum rū سركردان *ſergerdān*, Comp. ex سر *ſer*, caput, & كردان *gerdān*, vertens & verſus, errans, in orbem actus, *& ſimul* attonitus, atque vertigine tactus, conturbatus. فهم كردن *fehm kerden*, intelligere, percipere, capere, مرد غريب *merdi ghærīb*, extraneus homo, advena, peregrinus, دعوت كرد *daꜥwet kerd*, invitavit, دعوت *daꜥwet*, Act. *ſeu* Infinit. rū دعا *de-ā*, اورا *orā*, eum, Accuſ. determ. بمقام خود *bekāmi chod*, ad proprium hoſpitium. Turcicè مكر بر كوچهده بر زن روزنهٔ خانهسندن نظاره ايدركن نظري زاهده راست كلدي سركردانلغندن مرد غريب ايدوكن بلوب منزلنه دعوت قلدي *meger bir kocede bir zen rewzenei chāneſinden nazāre iderken nazarī zāhide rāſt geldy, ſergerdanlyghynden merdi gharīb idügin bilüp menziline daꜥwet kyldy.* Fortè in quadam platea mulieris ex feneſtra ſuæ domûs proſpicientis oculus in Monachum incidit, ex ejus conturbatione percipiens eum eſſe peregrinum, ad divertendum ad ſe invitavit. نظاره *nazāre* a. (in meo Exemplari eſt نظّاره *nazzāre*, ſed, ut omninò exiſtimo, erroneè) proſpectio, *&* deambulatio, quæ fit ſpectandi ergo. *Gol.* نظر *nazar* autem eſt Actio, viſio, aſpectio, *&* viſus, oculus: راست كلمك *rāſt gelmek*, occurrere, obvium habere, incidere, *conſtr. cum Dat.* منزل *menzil Nomen* loci & temporis, locus deſcenſûs, hoſpitium, locus, ubi quis divertit aut ſubſiſtit.

(l.) وزاهد اجابت نموده در منزل او پاي نهاده پاي افراز بكشود و در كوشهٔ كاشانه باوراد خود مشغول شد *we zāhid igiābet nümūde der menzili o pāj nihāde, pāj efrāz büküſūd we der koſei kaſāne be ewrādi chod meſghūl ſüd.* Monachus quoque invitatione acceptatâ in hoſpitium ipſius pedem impoſuit, calceamenta exuit, & in angulo cubiculi precibus ſuis laudibuſque Dei operam dedit. اجابت *igiābet*, acceptatio, acceptare, annuere, Infinit. 4. Conjug. à rad. Conc. جاب *giābe*, نمودن *nümūden*, oſtendere, hîc eſt auxiliare, پاي نهادن *pāj nihāden*, pedem imponere, ingredi, پاي افراز *pāj efrāz*, & پاي افزار *pāj efzār*, calceamentum ruſticum, tæniæ pedales, بكشود *büküſūd*, Præt. rū كشودن *küſūden*, i.q. كشادن *küſāden*, aperire, ſolvere, باوراد *be ewrād*, ب *be*, præp. hîc nota Dativi, اوراد *ewrād* a. *Plural.* rū ورد *wird*, continuatæ laudationes, preces, pſalmodia, مشغول *meſghūl*, Part. Paſſ. rū شغل *ſeghale*, مشغول شدن *meſghūl ſüden*, occupari, occupare ſe, attendere, operam dare. *Turc.* زاهده دعا ايدوب دعوته اجابت اتدي اول كاشانه كوشهسنده يركوسترديلر اوتروب اوراد و اذكارينه مشغول اولدي *zāhidte du-ā idüp daꜥweteigiābet itty, ol kāſāne köſeſinde jer göſterdiler, oturūp ewrādü ezkārine meſghūl oldy.* Monachus etiam fauſta apprecatus invitationi annuit, in angulo illius cubiculi aut hoſpitii locum indicârunt, ſedit & precibus ſuis operam dedit. اجابت *igiābet* a. cum Dat. اوراد و اذكار *ewrādü ezkār*, ſynonyma.

(m.) وآن زن به بدكاري و ناپاك و ستّاري معروف بود و كنيزكان بجهت فسق و فجور مهيا داشتي *wān zen be bedkāri wü nāpākü ſæhhārī maꜥrūf būd we kenīzegān gihetī fisku fugiūr mühejjā dāſtī.* Atque illa mulier malarum operationum & impuritatis ac maleficii notâ

infecta

Digitized by Google

inſecta notoriè erat, ancillaſque ad laſciviam & libidinem paratas tenebat, alebat. وان *u in legu. x* pro *we ān*, & illa, به *be*, *præp.* ſæpe conjungitur ؛ *be.* سحّاري *ſebbārī*, Abſtractum *rū* سحّار *ſebbār* ,. maleficus, præſtigiator, معروف *mærūf*, cognitus, notus, celebris, Part. Paſſ. *rū* عرف *ārefe*, كنيزكان *kenīzegān*, *Pl. rū* كنيزك *kenīzek* p. Ancilla, *per.* ære empta, جهت *gihet* a. latus rei, reſpectus, &c. à radice وجه *wegehe*, aliàs hîc, reſpectu, ob, ad. فسق و فجور *fiſku fugiūr* a. *ſynonyma*, prævaricatio, improbitas, laſcivia, adulterium, ſcortatio, &c. داشتي *dāštī*, *i. q.* ميداشت *midašt*, Imperf. *rū* داشتن *dāšten*, tenere, habere, &c. *Turc.* مكر اول عورت ناپاك و بدكردارْدي وفسق و فجورا ايچون مهيا كنيزكلري واردي بيت ورردي هر برينه درلو زينت كزردي هر كجه صحبت بصحبت *meger ol āwret nāpākū bedgirdār idy, we fiſku fugiūr icium muhejjā kenīzekleri waridy*: *bejt*: *wirürdy her birine dürlü zinet*: *gezerdy her gige ſühbet be ſubbet.* Forté illa mulier impudica & malæ artis erat, ac ad laſciviam remque veneream paratas ancillas habebat. *Verſus*: Singulis earum ſingula addebat ornamenta, ambulabat quâvis nocte de convivio in convivium.

(a) ويكي ازيشانرا كه كوشهء جمالش عروسان بهشترا جلوه دادي وازتاب عذارش آفتاب عالم تاب برآتش غيرت سوختي چشم مستش بتير غمزه هدف سينه را چون سينهء هدف رخنه ساختي ولب جانبخشش بشكر تنك كام دلرا چون تنك شكر حلاوت بخشيده نظم خرامنده پاي چو سرو بلند مسلسل دو كيسو چو مشكين كمند زسيمين زنخ كوي انكيخته بر وطوقي از غبغب آويخته بدان طوق وكوي ان بت مهر جوي زهر طوق برده زخرشيد كوي باجواني زيبا روي مشكين موي سرو بالاي ماه سيماي شيرين زبان باريك ميان كه تركان خطايي ازچين زلفش چون سنبل درپيچ وتاب بودند و نوش لبان سمرقندي ازشوق شكر شور انكيزش چون دل عاشقان در اضطراب بيت روبي چه كونه روبي روبي چو آفتابي زلفي چكونه زلفي هر حلقهء دو تابي دلبستكي آمده بود *we jeki ezišānrā ki košeī gemāleī ārūſānī bebištrā gilwe dādī, we ez tābi yzāreī āftābī ālem tāb ber āteši ghæjret sūchtī, čeſmī meſteī betīrī ghamze hedefī šīnerā čiūn šīneī hedef rachne sāchtī, we lebī giān bæchšeī be šekerī tenkkāmī dilrā čiūn tenk šeker halāwet bachšīde*: *nazm*: *chyrāmende pāj čiū ſerwī bülend, müſelſel dū kejsū čiū müškīn kemend, zi sīmīn zenach kūj engichte, ber ó tawkȳ ez ghabghab āwichte*: *bedān tawku kūj ān būtī mihr giūj ziher tawk bürde zi choršīd kūj*: *bā giüwānīī zībā rūj müškīn mūj, ſerw bāłāj māh ſimāī šīrīn zebān bārīk mijān ki türkānī chatājī ez činī zülfeš čiūn sümbül der pīčiū tāb būdend we nūš lebānī ſemerkandī ez šewkȳ šekerī šūr engīzeš čiūn dilī āšikān der yzdyrāb*: Diſtichon: *rūjī čigūne rūjī, rūjī čiū āftābī, zülfī či gūne zülf i her halkaī dū tābī, dilbeſtegī āmede būd.* Ex his autem uni, cujus angulus aut extremitas formæ aut pulchritudinis ſponſis nymphiſve Paradiſi nitorem addebat, cujus genarum fulgor Solem orbis illuminatorem igne zelotypiæ ſuccendebat, cujus ebrius oculus ſagittâ obtuitûs ſcopum pectorum quaſi ſcopi centrum diffringebat, cujus labia vitam largientia ſaccharo, ſuavitate ſuâ, anguſtiato aut afflicto cordi inſtar ſacchari Candii dulcedinem propinabant, impertiebantur: *Carmen*: *Pompatici greſſûs inſtar proceræ cupreſſûs, cincinnos habens binos inſtar moſchatorum laqueorum, ex argenteo mento emicat pila* ſeu *ſphæra*, *& ſub ea, ſpira torqueſve ex collo pendens, in apice illius torquis pilæque eſt amabilis ille fons, puteus amoris, & undique Soli palmam præripiebat*: cum Adoleſcente faciem formoſam, cæſariem moſchi inſtar odoriferam, ſtaturam cupreſſûs inſtar proceram, vultum lunæ inſtar reſplendentem, linguam ſuaviloquam, ſubtiles lumbos habente, ex cujus cincinnorum flexibus Turcæ Chytajenſes, *ſeu* formoſi Sinenſes hyacinthorum inſtar toti criſpi & impliciti facti ſunt, & cujus ore ridente ac ſachareo tumultum in amantibus excitante, ſaccharea labia habentes Semercandenſes non ſecus ac corda amantium ardeſcunt & exagitantur; *Diſtichon*: *Facies ejus, qualis facies? facies inſtar Solis, cincinnus, qualis cincinnus? ex uno annulo*, ſeu *nodulo duæ plicæ & duo ardores*: animi addictio amoriſque nexus compactus fuerat, *Verbo*, cujuſdam formoſi Juvenis amore ardebat. Vides hîc Verbum in fine tam protractæ periodi propter amplificationem in hyperbolica poëticaque deſcriptione pulchritudinis utriuſque conſiſtentem: quod illis frequentiſſimum eſt in hujuſmodi locis. Turcicus autem Interpres idem ſic reddit paulò clariùs: اول جوارينك بريسي كه شمهء جمال باكمالي حورن جنانه الى آخره *ol gewārīnün birīſi ki šemmeī gemālī bakemālī hūrānī giwāne gilwe ta'lim iderdy, we āftābī ālem tāb tābī yzā inden āteši ghajret ile jānüp giderdȳ, čeſmī āšik küšī šīneī āšiky chadenkī guamzeje nišāne kylmyš idy, we lebī giān-*

bachši telch kāmlere tenk ſekengibī halāwet wirmiš idy: kamer hemšireſi idy ghabghabinün: šeker hemšehriſi idy leblerinün: gülüne sümbülin kylmyš perišan aſylmiš bir ky ine bin delü ğiān: lebinden la-lün olmyšdy jeri ſenk, dehānından šeker kalmyšdy dil tenk: bir ğiuwānī zibā rūji müškin būj, ſerw kāta, māh sīmā, šīrīn zebān, bārik mijānile ki türkānī chataji čīnī zülfinden sümbül gibi pičiü tābte, we nüšchanī ſemerkandī tewkȳ šekerī šūr engizinden dili üššāk gibi yzdyrābte idy: rūjī čü gune rūji, rūjī čiü āftābī: zülfī di gune zülfī her halka pičiü tābī: hyğiāb olmaſa zülfinün ſahābī, jakardy āftābī hüſnü tābī: nitākȳ te-ālluky mijānī ğiāne bend we tewkȳ te-āššukȳ gerdenī ārūsī dile pejwend itmišler idy. شمه جمال *šemmeī ğemāl*, annexio Arabica, شمه *šemme*, pro *šemmet*, particula, atomus, odor, exhalatio, جمال باكمال *ğemālī bā kemāl*, annexio Subſt. cum Adject. باكمال *bā kemāl* enim ponitur pro كامل *kāmil*, perfectus. حوران جنان *hurānī ğinān*, Nymphæ Paradiſorum; octo enim fabulantur eſſe Paradiſos Fidelibus deſtinatos. جلوه *ğilwe* .. nitor & ornatus ſponſæ, تعليم *ta-līm* .. docere, cum Dat. perſ. Accuſ. rei, ut vides. عاشق كش *āšik küš*, amantium occiſor, كش *küš* enim eſt Part. Comp. ſimile Imperativo Verbi كشيدن *küšiden*, ſeu uſitat. كشتن *küšten*, occidere, خدنك غمزه *chadenkī ghamze*, Annexio, ſagitta obtutûs aut nictûs oculi, لب جانبخش *lebī ğiānbachš*, Annexio: labium animam largiens, *che dà la vita*: بخش *bachš* enim eſt Part. Comp. بخشيدن *bachšiden*, donare, largiri. تلخ كام *talch kām*, Comp. amari palati, afflictus. In verſu vides Genitivum poſtponi ſuo Subſtantivo ex licentia poëtica, دل تنك *dil tenk*, anguſti cordis, afflictus, زيبا روى مشكين موى *zibā rūj müškin mūj*, & reliqua ſunt ad modum compoſitorum, pulchra faciei, *h. e.* facie pulcher, &c.

Verùm ne immenſus ſim, neque de tua, Lector benevole, capacitate profectuve tuo diffidere videar, ſupponens ex præmiſſis te omnia poſſe & legere & ad Etymologiam regulaſque Grammaticæ revocare, campo tibi temet exercendi in lectione relicto, nudam abhinc ac ferè literalem reſiduæ narrationis explicationem exponam, & quidem ex Turcico Exemplari tanquam magis copioſo. Uti in hoc quidem paragrapho poſt deſcriptionem pulchritudinis faciei & cæſariei utriuſque amantis addit Turca: *Si non intercederet veli inſtar nubes cincinnorum ejus, ipſius pulchritudinis ardor ipſum Solem incenderet*: amoremque puellæ ſic deſcribit: *cingulo addictionis lumbos animæ ſuæ aſtrinxerat, ac torquem amoris ejus collo ſponſa cordis appenderat*, *h. e.* illa puella huic adoleſcenti ſeſe ardentiſſimo amore addixerat, alligaverat. Deinde ſic narrationem proſequitur.

Innodati erant non ſecus ac Sol & Luna conjunctionem facientes, aut ut Jupiter cum Venere in eadem domo (Lunæ manſione) copulati erant. Juvenis ex zelotypia ac amoris ardore non permittebat, ut alii vel amurcam reſiduam fruitionis illius ancillæ deguſtarent, aut certè ſitibundi obambulatores vaſtorum camporum amoris, *i. e.* amoris ſequaces poſt mille conatus ad fontem vitæ, *ſeu* fruitionis ipſius viam invenirent: *Diſtichon*: *Si te vel uno momento non videam, mæror me cruciat, ſi te autem cum alio videam, me zelotypia enecat*: Illa maligna vetula eo Ancillæ procedendi modo mirè afflicta, ob magnitudinem expenſi tenuitatemque accepti, viribus & animo defecerat. Verùm quia Ancilla velum pudicitiæ è medio ſuſtulerat, & ob amorem Juvenis amati animæ ſubſtantiam ad manum protulerat, expoſuerat, ab eo retrahi minimè poterat, ideoque neceſſitate exigente, conſtituit animo mortem illius Juvenis, & eâ nocte, quâ monachus ipſius domûs hoſpes erat, apparato convivio, occaſionem captavit, ſcyphiſque vino plenis Amantem Amatamque equitatûs ſomni pedibus ſubſtravit, *i. e.* inebriavit, vino ſomnoque ſepelivit. Poſtquam domeſtici vino ſomni ebrii decubuêre, parum toxici lethalis diſſolvit, & calamo texto, *ſeu* tubulo impoſuit, tubuli extremitatem unam ori immiſit proprio, alteram verò naribus Juvenis applicuit; cùm verò inſufflare vellet, ut pars illius toxici ad cerebrum Juvenis penetraret, contigit, ut derepentè Juvenis ſternutaret, vique vaporis ex naribus illius exeuntis totum illud venenum in Vetulæ fauces reverberaretur, unde illicò veneno operante, ipſa enecata cecidit periitque, facieſque terræ à corpore mulieris impuræ purgata remanſit: *Hemiſtichium*: *Utique id ſectaris, poſt id incedis, quod in capite habes aut machinaris*: *Dictum Proph. Qui fodit puteum aut foveam fratri ſuo, incidit in eam*; Monachus caſûs hujus ſpectator fuit, eamque portentoſam noctem, quæ ipſi extremi die judicii longior viſa eſt, cum mille animi moleſtiis peregit, donec tandem Monachus radiantis diluculi

culi ex clauſtro tenebroſæ noctis prodiens altare horizontis tapete: *Tunc eſt diluculum, quando illuceſcit*, *Coran.* exornavit, *ſeu ut Perſ.* coram altari horizontis tapetem cultûs divini ſterni juſſit, ſenſuſque Verſiculi Corani: *Educet eos de tenebris ad lumen*: mortalibus claræ diei inſtar inclaruit, patuitque: *Diſtichon: Nitorem acquiſivit, enituit fornix coloris ſpeculi, cælum, ſphæra cæleſtis cærulea, facta eſt gena* ſeu *facies ſpeculi* (*Cæli*) *coloris porcellana*, i. e. *cærulei rubiginis expers*, i. e. *ſerenum apparuit cælum, ortus eſt dies.* Ubi primùm Monachus ab illius peſſimæ genris tenebris iniquitatis & impietatis evaſit, aliud ſibi hoſpitium quæſivit. Fortè quidam Sutor, qui ſe ſequacium aut fidorum diſcipulorum ejus numero annumerabat, *aut, ut in Perſico,* ſe ex numero fidorum ejus diſcipulorum eſſe gloriabatur, venerationis ergo eum ad ſuam domum deduxit, & poſtquam domeſticis ſuis præcepit, ut ei ſervirent, conviviumque aut cœnam appararent, ipſe abiit aliò à nonnullis amicis ſuis invitatus. Illius autem uxor habebat amaſium quendam Juvenem bonæ indolis, moribuſque cultum, venuſtæ faciei, criſpæ cæſariei: *Diſtichon: Facetus erat a no o-ſus geſticulator, oculi petulantis ictu ferientis, qualis, ſi quis adoleſcens fuerit, eſſe ſolet afflictio animæ mulierum*, h. e. *qualem depereunt mulierculæ*: Inter ipſos *igitur* fundamentum propenſionis & addictionis & columina amoris reciproci firmata erant ac ſtabilita. Forum autem mediatrix aut lena erat certi Chirurgi uxor, quæ famoſam Ægypti veneficam ac præſtigiatricem *delleì muhtâle* dictam, aſtûs & præſtigias edocuiſſet, artem magicam ac ſortilegia in eo gradu poſſidebat, ut ſuis incantamentis aquam cum igne copulare, & Canopum cum Plejadibus conjungere poſſet, ſpirituque fervido ac ſermone blando chalybem in ceram, & porphyreticum marmor Templi Hieroſolymitani liquefacere ac illud in fanum idolorum convertere poſſet: *Carmen Turcicum: Mulier deceptrix erat præſtigiarum perita, in fraudibus diſcipulus ejus erat Diabolus, manu coronam precariam, in capite velum geſtabat, aſt dæmonis inſtar inſtigatrix mali, labiis continuò agitatis precantis ſpeciem præferebat, corde autem magiam fraudeſque texebat, externa ejus ſpecies ſimplex, interior rubigine malitiâque plena, voluptatis carnalis dies viderat & prætergreſſa erat, libidinis campos obierat ac peragrârat*: Poſtquam itaque Sutoris uxoris domum æmulis vacuam vidit, campus ipſius palati aut cerebri cupidine fruitionis amaſii impletus eſt, illicò uxori Chirurgi ſtatum rei ſignificavit, ipſamque ſic allocuta, dixit: *Formoſo ſignifica, hâc nocte ſaccharum eſſe ſine concurſu tumultuve muſcarum, converſationemque futuram abſque turbatione metuve Prætoris aut Tribuni*, ſeu, ut hîc quis diceret, *Rumorum Magiſtri*: Diſtichon: *Abeſt moleſtia Prætoris, aut importunitas Vigilis nocturni, nemo præter te mecum adeſt.* Lenæ igitur nuntio exhilaratus Juvenis amans, veſperi annuli januæ inſtar domui amatæ ſe ſtiterat, ac, ut janua aperiretur, anxius præſtolabatur, cùm ecce derepente Sutor fati repentini inſtar adveniens illum extraneum præ foribus ſuæ domûs præſtolantem vidit. Antehac etiam nonnihil ex hujuſmodi ſuſpicione olſecerat ac inaudierat, atque juxta illud: *Qui audit, ſibi imaginatur, aut ſuſpicatur*: id omnino in corde ſuo infixerat, modò autem, cùm videret illum Juvenem præ foribus ſuis, prævalente rei apparentiâ ac certitudine, rem ita eſſe concluſit, venâque zelotypiæ intumeſcente, ac ardore iræ efferveſcente, domum ſuam ingreſſus, malè fortunatam uxorem fortiter verberavit, & poſt inſignes pœnas illi inflictas eam columnæ alligavit, & ipſe cervicali quietis caput impoſuit, decubuit. Caſtus Monachus hàc agitabatur cogitatione: quòd nimirùm miſerationis expers ille homo innocentem nullâ præmiſsâ culpâ hanc mulierem tot verberibus exceperit, id certè eſt ab omni humanitate alienum, oportebat, ut ego me interponerem, exceſſum hujuſmodi impedirem. Dum autem hæc intra ſe diceret, derepente uxor Chirurgi ſe audiri permiſit dixitque: *O amica crudelis ac injuria, hunc Adoleſcentem cur tamdiù præſtolari ſinis? nonne eſt peccatum? Deum time, citò fac, illum conſolare*: Verſus: *Noli prætermittere occaſionem, dum favet fortuna*: Reſpondit. Diſtichon: *ô tu tranquilli cordis, animo fruens tranquillo, afflicti cordis ſtatum quomodo noveris? quid ſcis de mærore amantium corde afflictorum & cruciatorum, ô Turtur avolans ad apicem cupreſſi, afflictionem cordis avium laqueo irretitarum qui noveris?* O fida amica, audi meum gemitum, ſtatumque meum percipe, tum mihi quidvis exprobra: hic conjux immiſericors, illum aſpectu formoſum præ foribus vidit, & illicò inſani ſpiritûs inſtar ingreſſus, poſtquam me innumeris verberibus penè occidit, me huic columnæ alligavit & abiit. *Ah! quæ cu-*

preſſus delicata, gratioſa eras, facta tibi eſt columna habitabulum doloris. Si tu pro hac verberibus concuſſa & confracta mumiam commiſerationis, ac pro illo amore vulnerato & corde ſaucio emplaſtrum miſericordiæ habeas, fac gratiam, quæſo, mea ſolve ligamina, & quantumvis moleſtum ſit, mihi facultatem impertire te mei loco huic columnæ alligandi, ut ſemel, *ſeu* tantiſper exeam, dilecto meo me excuſem ac redeam, teque ſolutam dimittam ac ipſa priſtino ſtatui reſtituar, ſi mihi impotenti hanc gratiam præſtare dignata ſis, me tibi beneficio devincies, meumque ſimul dilectum æternùm obligabis. Chirurgi uxor ex ſummo amore ac commiſeratione, petito illius annuit, & in locum ipſius ſe alligari permiſit, ac eam extrà dimiſit. Monachus auditis his ſermonibus, tanquam ex filo originem cauſamque contentionis mulieris & mariti percepit. Interea Sutor expergefactus, uxorem ſuam allocutus eſt: Chirurgi uxor, verita ne ex voce ipſam ſubitò dignoſceret, reique ſeriem integrè perciperet, præ timore reſponſum non dedit. Quantò magis Sutor clamabat, eò minùs Chirurgi uxor reſpondebat. Sutor hâc re nimium quantum conturbatus iráque accenſus, ſtatim ſcalprum ſuum, *ſeu* cultrum ſutorium apprehendens acceſſit, naſumque uxoris Chirurgi præcidit, manibuſque ejus tradidit, dicens: *Accipe, & hoc egregium munuſculum tuo amaſio mitte.* Mulier præ timore ac metu clamare non auſa, patientiam habuit, ſibi ipſi dicens: *Mirabilis res! Voluptate fruita eſt altera, altera delicti pœnitentiam egit, pœnamve tulit.* Carmen Arab. *Alter crimen commiſit, ego autem ſum punitus coram vobis, quaſi ego fuerim index authorve præcedentis.* Quando Sutoris uxor venit, viditque Chirurgi uxorem in hanc infortunii decipulam incidiſſe, ſummè afflicta & corde anguſtiata amarè flevit, & poſt multas deprecationes, ſolutis ejus ligaminibus, ſe ipſam, ut antea, columnæ alligavit. Chirurgi uxor quid faciat? Volens nolens accepto ad manus naſo ſuo, titubans ac modò cadendo, modò ſurgendo, meticuloſa & tremebunda domum repetiit: *Verſus: Modò præ ſtupore flebat, modò ridebat*: Omnia hæc emergentia viderat Religioſus, nec poterat ſatis mirari portentoſa hujuſmodi accidentia, quæ ex poſtſcenio inviſibilium fati ſpatiorum in viſibile exiſtentiæ theatrum prodierant, adeoque ſtupor ſtuporem augebat. Verùm Sutoris uxor præterlapſâ circiter horâ, manûs fraudis ac præſtigiarum ad altare precationum aperuit, extulitve ac dixit: *Carmen: O Deus, ô Rex, ô Creator, ô Altiſſime, ô Omnipotens, ô Paraclete! tibi non eſt abſconditum ullum ſecretum, tibi patet falſum verumque: hic meus Conjux me calumniatus, illicitum facinus mihi falsò imputavit, & propter delictum, quod non admiſi, me punire & torquere præſumpſit, ô Deus, tuâ gratiâ & clementiâ mihi ſubveni, & hoc amputatum membrum, quod faciei formæque ornamentum eſt, mihi reſtitue:* Diſtichon: *Mea veracitatis faciem illuſtra, mendacii & ſuſpicionis velum remove, repelle ex vultu tenebras dubietatis, arcani abſconditi faciem detege lucis inſtar, mea veſtis ſinum libera à manu calumnia, collare meum eripe ex manu miſeria:* Sic orabat Sutoris uxor, maritus autem vigilabat, cùm ergò gemitus ejus fraudulentos aut fictos, preceſque malitioſas audiviſſet, exclamavit, dicens: *ô ſceleſta injuſta, qualis hæc eſt petitio tua, qualis eſt precatio, quàm facis, num ignoras impudicorum orationes in illa aula locum non habere, & improborum ſupplicationes in illo tribunali deſpici:* Diſtichon: *Si prætendis, ut opus aliquod tuum æſtimetur aut gratum habeatur, opus eſt, ut lingua tua, corque purum ſervetur, & utrumque ad id eſt neceſſarium,* Paulò poſt mulier exclamavit, dicens: *ô inique tyranne, animorum cruciator, accede, potentiam Dei gratiamque infinitam intuere, ac vide, quomodo fimbriam pudicitia mea ſordibus hujus calumniæ nullatenus inquinatam perſpiciens Deus benedictus ac excelſus hujus afflicta naſum rursùs largitus redintegraverit, meque miſerabilem ab ignominia & opprobrio inter populum præſervaverit.* Vir ſimplex corde, his ab impudica muliere auditis verbis, perculſus obſtupuit, accenſâque lucernâ acceſſit eam, ſanamque videns, ac naſum ejus priſtino loco reſtitutum firmumque comperiens, neque verò ullum vulneris aut cicatricis ſignum advertens, ſubitò peccatum ſuum confeſſus, calumniamque deprecatus, ſeſe excuſandi modos quæſivit, ac omni uſus blanditiâ & ſubmiſſione, manûs ejus pedeſque à vincuſis ſolvit, verèque pœnitens votum fecit, fore ut abinde abſque evidenti probatione & plenâ rei certitudine ejuſmodi actiones nunquam admitteret, & cujuſvis accuſatoris aut maligni ſycophantæ verbis aurem non præbens, religioſam ac optimâ prole fœcundam uxorem nunquam moleſtaret aut malè tractaret, nec unquam toto vitæ ſuæ

decurſu mandata tam piæ, cujus preces exaudiuntur, mulieris tranſgrederetur. Ex altera autem parte Chirurgi uxor injurioſè afflicta & naſo mutilata, domum reverſa meditabatur quam tandem aſtutiam excogitare, & hoc accidens quâ facie, aut ſub qua ſpecie Marito exhibere, ſuis autem notis aut ignotis de re ſciſcitantibus quale reſponſum dare, amiciſque ac vicinis ſuis qualiter factum excuſare poſſet. Interim Chirurgus è lecto ſurgens, uxori dixit hæc verba. *Propè eſt diluculum, inſtrumenta ac utenſilia porrige, quia ad curandum talem & talem Mercatorem iturus ſum.* Mulier diſtulit reſponſum, & cùm diù tarda ſet in porrigendis illis neceſſariis, ex theca novaculam exemit eique ſolam porrexit; Chirurgus indignatus inter noctis tenebras novaculam versùs eam projecit, eamque incepit objurgare ac gravioribus verbis compellare. Illicò mulier edito clamore, vah naſum meum! inquiens, de loco in locum ſe volutare cœpit, Chirurgus obſtupuit: propinqui ac vicini accurrerunt ad domum Chirurgi, mulierem ſanguine reſperſam, naſoque mutilatam viderunt, in Chirurgum extensâ maledictorum linguâ culpam ipſi ſuam exprobrare, ac objurgare cœperunt. Ipſe miſer attonitus hæſit, nec factum negare, nec confiteri potuit. Poſtquam facies diei mundum illuminantis ex poſtſcenio tenebrarum comparuit, ac Solis ſpeculum mundum integrum repræſentans, ſpeculi Alexandri inſtar reſplendere cœpit, *h. e.* facto diluculo, cùm Sol cœli manu apprehendit ſpeculum Alexandri: Conſanguinei mulieris convenerunt, & Chirurgum ad Judicem deduxerunt. Fortè Religioſus etiam ex domo Sutoris egreſſus ad inquirendum de ſuo diſcipulo impoſtore, ad Prætorium ſe contulerat; cùm ergò Partes adverſæ Chirurgi factum Judici expoſuiſſent, Judex Chirurgum affatus, dixit: *ô Magiſter, cur tu abſque evidenti ac notoria culpa, & abſque cauſa judicialiter probata hanc mulierem ad hunc ſtatum redegiſti?* Chirurgus attonitus hæſit, nec ſcivit, quæ referre deberet. Judex juxta legem irrevocabilem, quæ eſt: *Vulnera talione compenſantur*: pœnam talionis decrevit. Religioſus id rei videns, ad conſpectum Judicis venit & dixit: *ô Judex, in hac cauſa feriâ opus eſt conſideratione, & oculo prudentiæ res eſt ritè introſpicienda, quia meam veſtem fur non abſtulit, & vulpem feræ non occiderunt, mulieris inhoneſtæ felis veſicam non diſrupit venenum, & uxoris Chirurgi naſum non præcidit Sutor, quin potiùs authores horum malorum ac infortuniorum nos ipſi ſumus*: Carmen: *Quicquid nobis accidit, ejus nos in cauſa ſumus,* ſeu *id culpâ nobis noſtrâ contigit, pœna eſt factis noſtris debita, id quod paſſi ſumus: Dæmonem concupiſcentiæ aut propriæ libidinis ſecuti ſumus, à via aberravimus, diploma fidei obliquè conſcripſimus.* Judex à Chirurgo ſuperſedens, ſe ad Religioſum convertit & ait: *Hæc nobis myſteria explica, & compendium hoc diſtinctè clarèque nobis interpretare.* Religioſus tunc omnia, quæ ſibi contigerant, à capite ad calcem Judici enarravit, & dixit: *Si in me diſcipulos conquirendi cupido non fuiſſet, furis nugis jactantiiſve non ſiviſſem me decipi, neque verò ille impoſtor nequiſſimus occaſionem nactus veſtem meam abſtuliſſet. Si pariter vulpes nimiâ provocata aviditate & gulâ à vorando ſanguine abſtinuiſſet, à ferarum ictibus non periiſſet. Similiter ſi improba mulier Juvenem imprudentem veneno interficere non tentâſſet, ducem animam exitio non dediſſet. Si porrò Chirurgi uxor ad illud vetitum facinus ſuâ mediatione non concurriſſet, Sutor non ita eam tractaviſſet: Quicunque malum fecit, non debet ſperare bonum, & qui ſacchari arundinem deſiderat, non debet colocynthidis ſemen ſeminare*: Diſtichon: *Sic dixit Doctor quidam peritus, noli facere malum, quia malum à fortuna experieris.*

Atque ex hac rudi & ferè literali explicatione formare tibi facilè poteris meliorem ſenſum, hiſtoriamque totam in linguam, quam poſſides, transferre, ademptis, quæ tibi videntur ſuperflua, vel additis, quæ tibi videbuntur ad explicationem neceſſaria, prout fecit Interpres bonæ notæ, qui partem libri ſupradicti همايون نامه *hümājūn nāme* intitulati in Hiſpanicum idioma tranſtulit; hanc verò ipſam hiſtoriam ſequentibus verbis expreſſit.

HISTORIA.

CUentaſe, que vn Rey diò vn veſtido de brocado a vn Parrocho, lo que auiendo entendido vn ladron; el qual podia de los ojos hurtar el colirio, movido de la auaricia, ſe fue a la poſada del Parrocho, con intencion de hurtarle el veſtido, y ſe le inſinuò, para ſervirle, y moſtrò gran voluntad, y diligencia, para aprender las buenas coſtumbres; y loables criança, haſta que con aquel engaño hallò ocaſion una noche, y

